

1721.

1. Basckhaus, Benjamin, de : De nullitate verborum
nisi sub hasta abque praeante pecunia factis
2. Hunold, Hugo Franses, Facult. iuris dicte decanus
(ad Disputationem inaug. Georgie Ludovici Henelii
invitata).
3. Hunold, Hugo Franses : De pacto pignoris
anticretico.
4. Hunold, Hugo Franses : Advocatam legitima-
tum ... publice examinationum sistit.
5. Meier, Joh. Heinrich, Fac. iuris dicte decanus 1. b.
et o. (ad Disputationem inaug. Iohannis Gottlieb
Hornigkii invitata).
6. Meier, Joh. Heinrich, Fac. iuris dicte decanus 1. b. 2. et.
o. (ad Disputationem inaug. Iohannis Christiani Gaster-
bergi invitata).



7. Meier, Joh. Heinrich, Facult. iuris Sacae Decanus &
f. b. s. et. o. : (ad Disputationem in arg. Joh. Georgii
Kinnmanni iur. less.).

8. Meier, Joh. Heinrich, Facult. iuris Sacae Decanus f. b. s. et. o.
(ad Disputationem in arg. Christiani Gottliebi Wickeii
iur. less.)

9. Meier, Joh. Heinrich: De statutis Salzembus et
successione conjugum juxta ea

10. Meier, Joh. Heinrich: De eo, quod justum est circa
liberationem inquisiti & simplicibus processus, pre-
dictum in foro Saxonico.

11. Meier, Joh. Heinrich: De praejudicio tacitio circa
contractus.

12. Meier, Joh. Heinrich: Ne iudicis incompetentis
competentia ex causa continetur.

13. Nies, Wilhelmus : Timentatio in iuris iuristica, propositum principia de formando processu inquisitorio.
14. Pflzer, Iacob. Thoperto : Restictio per ius leuium
cum multorum in res mes potestate :
15. Tre, Iacobus Fridericus, de: De ictoro.
16. Reimann, Iacobus Georgius : Recensio & judicium
actis ad formandam defensionem pro accertanda
inquisitione.
17. Schneider, Isaiae Philippus : Specimen concilia-
tioris antinomiarum quaredam in jure
statutario Frankfurteis apparetiam.
18. Skret, Franciscus Philippus : Desaccessione anomala
19. Skimpes, Iacob. Georg : Disputatio iuris iuridica
sistematis jurisdictionem ecclesiastican et sacerdotalium
in causis mixtae fori concurrentem, praeventionem
in iis obstante terminantem.

26 Teugelt, Emanuel: De hypotheca facta, quatenus
libros studiorum affect.

1722.

1. Brüderer, Jacobus Iacobus: De obligacione alterius
2. Brüderer, Petrus: Discretio ius. iuridica, exhib.
collationem juris civilis Romani cum statutario Fr.
Farkeni circa successionem conjugum.
3. Frickerer, Ioh. Anton: Disputatio ius. iuridica, exhib.
haemorrhoides ex palato profuentes.
4. Heinsleben, Ch. A. Henr. : De officiis iurisper.
In his horum, ex rebus in statu monarcho
doctrinis, quae et statu republike aristocratico
democraticae aptae erant, orinata.
5. Henning, Doct. Ferdinand: De exceptione excusione
actioni hypothecariae contra tertium institutum
opposita.

3^a b. Tsch. Dr. Georgius: De mortis iuri Consuetudinum
atensis 1722. 5^c c. Schneuer, Dr. Jur. Dr. Theodori: De herbarum medicinalium
eigenis et characte^{ri} Prog I.

6. Meier, Dr. Henrich, Facult. iuri. Decanus 1. b.
Georgii

s. et o. (ad Disputationem in aug. Johannis Ambrosii
Fernani initia).

7^a Meier, Dr. Henrich, Facult. iuri. Decans et l. b.

s. et o. (ad Disputationem in aug. Ioseph. Christopheri

Bonfigii impol.) Dr. iur. Decans, Programma, Disputatione
a, anh. Dr. Henrich Fie. ius. Recens. Malmstrom.

8. Meier, Dr. Henrich: Disputatio in aug. iuri. iusta
qua materia redigelium atque commissione
proponitur.

Meier, Dr. Henrich: Disputatio in aug. iuri. iusta,
programma iura mortis et huius mobilia uxoris
cum secundum ius Saxoniam, quam ex pactis
tabularum.

Meier, Dr. Henrich: De mera exortoris

Tatuc

- 16
11. Pockritz, Michael : Dissertationis iuxta jura ecclesiastica
liberens Academiam quaestionum matrimonialium
secundum gennina iuris ecclesiastici principia
ac praxis ministerialem Erfurtensem decorem.
- 17.
12. Pollicz, Ioan : De pactis haeresiarum et
successorium.
- 18.
13. Pre, Joannes Fridericus, Dr. : Theses inaugurales
medicæ, quas ex Hippocratis aphorismis I
sectionis I deductas . . . publicæ emulorum
Boguslavienses subjicit.
- 19.
- 14.^o Ritter, Christian Gottlieb : De usu doctrinae
iuri Romani, & ignorantia iuri in proo
Germaniae
- 20.
15. Rotermann, Dr. Michael : De retractis conventionibus
potissimum eo, qui ex pacto de reenactendo competit.
- 21.

16. Rumpel, Iohannes Georgius: U. Sacralissimum Imperii
Iuris status imperii iudicis, camera Regiarum
ab
17. Schorch, Hieron. Frieder.: Deo, quod justum est
circa renovationem investiturae, in casu, quo
Dominus fundi pluribus reliquis successoribus deces-
s. t. 2 Rumpel.
18. Strecke, Conradus Willelmus: Renovatio domini
iudicabi, jure Sax. Hect. necessaria.
19. Thiel, Dr. Philippus, Facult. iur. Sacrae Decanus l. b.
(et reputationem in any. Christophs Ernesti Besser
invit).
20. Thiel, Dr. Philippus, Facult. iur. Sacrae Decanus l. b. s.
(et reputationem in any. Christianus Henricus Preysleben
invit).
21. Thiel, Iwanus Philippus, Fac. iur. Sacrae Decanus l. b. s.
(et reputationem in any. Christiani Ignatii Roberti ruror
sus).

1722

22. Streit, I. Philippus, Facult. iuris docens 1.6
ad regulationem iuris. Henrici Philippiani'sche inv.

Streit
23. Treber, Joannes Philippus: De acquisitione juris
possessionis. De probatore, quatenus per examen testium
in perpetuam rei memoriam fieri potest.

24. Treber, Joannes Philippus: De acquisitione juris per
alium.

25. Vollrath, Stephanus Wicelius: De iuri s'chione alio
et basso.

4744
1722, 12
TO
435

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE

PACTIS HÆRE- DITARIIS ET SUC- CESSORIIS,

MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE,
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,
DOMINO

JO. JOACHIMO HAHN,
EPISCOPO METELLOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntiam, Hasiam &
Eichsfeldiam in Pontificalibus Vicario Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalibus Curia-
Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Vtriusque Doctore, Prototario Apostolico,
Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem
Moguntiae respective Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.

CONSENSU AMPLISSIMI FCTORUM
ORDINIS

PRO LICENTIA,
SUMMOS IN UTROQVE JURE HONORES
RITE CONSEQUENDI,

AD DIEM XXV. SEPTEMBRIS MDCCXXII.

SOLENNI DISQVISITIONI OFFERT

JOANN POLLITZ,
Advocatus Verdensis.

ERFORDIAE,

TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

HABER HABER

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.


211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.

211.00.000.000.000.000.000.000.000.000.000.000.



CAP. I.
DE
Pactis Hæreditariis & Successoriis in
Jure Civili invalidis.

s. I.



Um diu necum deliberarem, quid potissimum in disputando eligere, inter varias & infinitas juris materias mihi obvenit controversum pactum successorium, *Definitio pa-
cti hereditati-
rii.* quod est conventio nuda, qua pacientes inter se conveniunt, ut post mortem vel unus, vel plures succedant in bona alterius, vel etiam si unus ex pacientibus sine liberis *Dissentio* decedat, alter alterius bona habeat. Cum itaque in *Juris* *de* his pactis fere omnes *Juris* inter se dissentiant, ita ut *pacto her-
editario* & *diverse isto-
rum senten-
tiae,* quidam autoritate legum Romanarum ipsis dene- gent omnem vim & obligationem, quidam autem

A 2

fo-

solemnitatem verborum inquirunt, an vox Erben &c. in pactis contineatur, & mutabile tum esse censem ratione ultimæ voluntatis, aliter vero ratione contractus, *Mev. ad Jus Lub.* p. 2. I. 1. n. 37. *Carpz. Iprud. for.* p. 2. c. 43. D. 11. *Gail.* I. 2. O. 126. n. 6. quidam denique paucissimi moribus Germanorum ducti *Jus Romanum* tanquam adscititium, & non conveniens cum consuetudine non admittunt *Bart. Musc. d. success. convent. & anom. M. 1. Class. 1. Con. 3. l. D. Sryck. in diff. de expectant. c. 1. n. 22. & 23. *Schiffordegh.* l. 1. tr. 29. q. 21. *Rosenthal Concl.* 25. c. 7. & valida ista pacta ex consuetudine censem.*

Igitur cum mirum sane sit, quare tanta inter eruditos dissensio, operæ premium esse existimo in praesens de his pactis agere, & ista in 3. Capita dividere, quorum

In tria ca-
pita dividi-
tur disserta-
tio.

- 1.) *De pactis hereditariis & successoris in jure civili invalidis.*
- 2.) *De pactis hereditariis &c. validis ex consuetudine, & de hodiernis speciebus talium pactorum.*
- 3.) *De juramento pacto hereditario inserendo ad omnem litem evitandam.*

s. II.

Quo autem legis vim (antequam de pacto agimus) & causam cognoscamus, notum sane inter omnes erit, quod sine legibus & pactis nulla possit esse respublica, imo nec societas, & legis virtus præcipue sit morbos reipubl. sanare, *Arniseus c. 1. d. const. Pol. Lips. l. 2. c. 2. Polit.* & tanquam ex specula omnes eversio-

Generaliter
de lege priua
agitur.

versionis causas caute providere , imo non tantum
deliberare de ordinariis causis, sed etiam extraordina-
riis; de quibus, vero & de mutatione rursus legum,
quæ interdum solet maxime pernicioſa secundum Sta-
tistas esse, *Arnis. c. 1. Lips. Pol. c. 9. v. 31. Tac. Histor.*
c. 18. nisi evidens sit utilitas l. 2. ff. d. constit. princip.
& fiat lente, in Politicis agendum est. Tantum hic
pro nostro scopo adducamus unicum exemplum mu-
tationis è veteri Jure Rom. Cum enim summa re-
rum ad Augustum fuisse delata, & è statu Aristocra-
tico populari mixto Monarchia existeret, Imperato-
res callide simulacrum aliquod pristinæ autoritatis se-
natui in legibus ferendis relinquebant, *l. 1. ff. d. reb.*
eor. qui sub tut. &c. & oratione semper novam legem
commendabant Tac. l. 2. Ann. Tutius enim Impera-
tores judicabant fore, si prius levi & simplici via li-
bertatem & autoritatem senatui adimerent, ne alias
libertatis pristinam gloriam adpeterent, & concitarent
populum seditione.

*Abrogatio
legum non
fiat temere.*

§. III.

Etenim satis ex Romanis scriptoribus patet, quam
multæ seditiones sæpiſime ortæ ante Monarchiam,
cum plebs metueret principes & Senatum civitatis
tandem inconsulto populo omnia acturum; ideo et-
iam, cum libertatis avidi erant Romani, comitia cu-
riata *Liv. c. 38. Histor. à Romulo constituta semper con-*
servabant, ut in ipsis non tantum publicæ res, sed et-
iam provatae, ut testamento per æs & libram §. 1. J.
d. test. ordinand. Tit. 19. XII. tab. emancipationes per
trinam venditionem, Tit. 3. XII. tab. arrogationes,

Romanii con-
suetudines in
veteratas ve-
hementer de-
fendebant.

A 3

Gell.

Gell. l. 5. noct. Att. c. 19. diff. Pauli d. adoption. materia
Regiom. 1678. & quæ plura proponerentur. Etsane non

Tribuni ple-
bis, & adiles
ideo consti-
tuerantur à
per vigilaret, & etiam leges conderet, quæ primum
incrementum XII. tab. fuere; postea, cum varia ge-
rerentur bella à consulibus, neque jus in civitate ab

Prætores jus
dicebant, ri-
gorem XII.
tab. corri-
gabant sepius.
ipisis amplius redi poterat, Prætor quoque creatus,
qui jus in urbe diceret, & hic interdum varie supple-
vit & correxit XII. tab. rigorem Gell. l. 20. c. 1. Noct.
Att. l. 7. ff. d. justit. & jur. per indirectum, per exce-
ptiones, aliasque subtilitates, cum alias religioni sibi
ducebant Romani quicquam ex iis mutare. Inde bo-
norum possessores introductæ, & per has acerbitas
XII. tab. in successione aliquantum lenita, §. D. bo-

Olim Judi-
cum peda-
neorum mu-
nus cum no-
fis commis-
sariis conce-
nibat quo-
dammodo.

nor. possess. §. 9. D. hæred. quæ ab intest. His prætori-
bus ob varietatem causarum adjuncti erant judices
pedanei, qui de levioribus tantum causis, in finium re-
gundorum, familiæ Erciscundæ, oculari inspectione,
vel examine testimoni cognoscebant, & simplicem no-
tionem tantum habebant, l. 5. ff. d. re jud. Bachov. ad

Treutler. th. 2. lit. a. ita ut à formula Prætoris nec la-
tum ungvem discedere possent, Gell. XIII. c. 8. noct.
Att., Senec. de clement. l. 1. c. 3., l. un. C. qui profusa Jctione,
t. t. C. d. judice pedaneo, l. ult. ff. d. officio Prætoris, Struv.
Syntagm. Jur. civilis Ex. 4. l. 1. I. 21. n. 44. sed omnia
ad Prætorem rursus deferrent, qui tum cognoscebat
in causa. Nostrí hodierni commissarii, qui ad man-
datum magistratus superioris interdum ex officio, in-
terdum ad petitionem partium conceduntur, non im-
merito

merito judicibus pedaneis in certo genere sunt comparandi, cum in omnibus productum mandatum debent sequi, c. 22. X. d. rescript. Gail. O. 35. l. 1. Mev. D. 58. p. 1. n. 5. Ruland. tr. d. commissariis & commissariis & si fines delegatae Jctionis excedunt, ab isto gravamine appellari potest.

Hac igitur paucis dicta sufficient de lege generali, de comitiis, de XII. tabulis, de Tribunis plebis, & ædilibus, Prætore & judice pedaneo, nunc ordiamur rationem XII. tab. in successione, principium Stoicorum honestum illud, & naturam Romanorum, quorū evenit, ut olim pacta hæreditaria nuda remanferint.

§. IV.

Si igitur omnia, ut decet, accurate persequamur, multæ causæ generales primo videntur, speciales ex jure deinde examinandæ erunt, quæ effecere, ut pacta hæreditaria in l. 15. & 30. C. d. pac. fuere prohibita pro circumstantia illius temporis. Cum enim Romani stricte solemnitatibus verborum, & rationi XII. tabularum inhærente adsueti erant, Briffon. de antiquis formulis, non aliter etiam potuit esse, quin hac ratione sequerentur XII. tabulas, præcipue, cum hæreditates Tit. 19. & 20. XII. tab. l. 1. f. d. petitione hæred. aut ab intestato, aut ex testamento deferrentur, itaque à contrario ex pacto non deferri possent. Hinc Prætores, qui edicta sua publice affigerent, non confirmarunt hoc pactum, sed ut conjicere licet, iniquum censebant, & improbum de vivi hæreditate sollicitum esse, l. 2. f. d. vulgar. & pupillar. substit. Et contra bonos mores successiones festinare ob improbabile votum captandum esse,

*Lege generali
tim considerata causa
pacti hæreditarii recen-*

(1) quia hæreditates in XII. tab. aut ab intestato, aut ex testamento deferebantur, non autem ex pacto.

(2) Et quia in honestum judicabant de vivi hæreditate sollicitum esse,

dæ mortis, l. 11. ff. d. transact., l. 29. §. 2. ff. d. donat.
*Refutatur
hoc ultima
ratio.*
 Cum igitur Stoici de honesto multum disputarent, sa-
 ne non est mirum, quare in applicatione honesti ad
 hoc pactum erraverint, nam ipsis videbatur hoc mo-
 do pacientes hæreditati alienæ inhiaturos, & mor-
 tem alterius optaturos esse, sed proh dolor? quæ ina-
 nis ratio est. Si enim ~~uzioꝝ~~ istorum verum esset,
 multa instituta è civitate & republica forent eliminan-
 da, quæ facile per accidens possunt iniqua fieri, licet
 per se & sua natura sint non improbanda. Quid quæ-
 so ipsæ hæreditates essent improbandæ, cum sæpius a-
 liquis ob luxuriosam & vitiosam naturam istas sperat,
 & mortem alterius optat; nonne fieret, ut multi con-
 tractus, sine quibus homo vivere nequit, essent pro-
 hibendi ob dolum, fraudem, simulationem & quæ plu-
 ra. Igitur cum satis elucet, quod hæc ratio prohi-
 bitionis non sit liquida, & genuina, alteram jam ratio-
 nem inquiramus, an forsitan pro circumstantia tem-
 poris, & natura Romanorum necessaria fuerit prohi-
 bitione pacti hæreditarii.

§. V.

Hanc ergo naturam, si optime dijudicaturi su-
 mus, tum prius firmum & certum esse debet, quod
 (G) quiana-
 tura Roma-
 norum erat
 sanguinolen-
 ta,

natura in legibus condendis maxime consuli debeant,
 proque vitiorum fervore, & opportunitate tempo-
 rum leges ordinentur, de quo in §. 2. antea jam a-
 sum. Nunc autem inter Moralistas res expedita est,
 quod natura sæpius ob ætatem, honores, divitias, &
 alias causas mutetur, Dn. Lehmanni Moral oder natür-
 liche Verbesserung des Willens ult. ed. p. m. 798. §. 7.
 ut

ut ideo etiam necesse sit sæpius leges iterum abrogare, & alias ferre. Romani enim cum agrestes homines in initio civitatis erant, & itaque maxime simplices, sensim pedetentim à virtutis via recessere, & eo insaniæ ventum est, ut videretur, quod aucto imperio etiam augerentur vitia, imo deinde cum Attalicis di-vitiis vitia Romam migraverint. Hinc factum, cum à veteri & avita majorum parsimonia posteri discederent, & nullum modum in cibo & potu tenerent, ut leges sumptuariæ constituerentur cum censoribus morum, quo metu pœnæ magis ac magis à luxu arcerentur; certus enim modus cœnantium fuit definitus, certa pecunia in singulos dies, festos & saturales insumebatur, ne bona sua profunderent, & Res-publica ex eo luxu maxima detimenta caperet. Con-dita enim fuit ad luxum cohibendum lex Fannia, Dia-dia, Licinia &c. quarum omnium rationes, causas o-ptime Rosinus in antiquitatibus Romanis l. 8. c. 13. col-legit. Cum igitur hoc luxu multi egestatem contra-herent, clarissimæ familiæ extinguerentur, Tac. l. 2. p. m. 69. Ann. multaque alia vitia in vita eorum pate-rent, ut avaritia, libido, crudelitas; non potuit etiam aliter esse, quin paustum hæreditarii prohiberent. Romanorum enim natura erat sanguinolenta, acerba & sævida, unde etiam multas cædes comnittebant, hæ-reditatem alienam sperabant, & funera sibi promitte-bant

Juv. Satyr. l. l. 1.

*Cum te summoveant, qui testamenta merentur
noſtibus*

B

Ceda-

Cedamus patria. Vivant Arturius istic
Et Catulus; maneant, qui nigrum in candida vertunt
Quis facile est cædem conducere

Plaut, in Sticho 4. sc. 2. v. 25.

Illic homo tuam hæreditatem inhiat quasi esuriens
lupus.

In lege 30. C. d. paſt. paſta hæreditaria tristissimi & pe-
riculosis eventus vocantur.

Filii adeo ob luxuriam patres occidebant, ut modo
domini & moderatores bonorum fierent, atque æs a-
lienum contractum possent solvere. Ideo etiam
SCto Macedonianum factum est, quo cavebatur, ne
cui, qui filio familias mutuam pecuniam dedisset, et-
iam post mortem parentis ejus, cuius in potestate
fuisse, actio petitioque daretur, l. t. f. d. SCto Maced.

Juv. Satyr. 6. l. 1. optime mores istius temporis
describit:

Quid Romæ faciam? mentiri nescio librum,
Si malus es nequeo laudare, & poscere motus
Astrorum ignoro: funus promittere patris
Nec volo, nec possum

Cum igitur istud crimen homicidii Romæ fuerit ob-
vium, non mirum est, quare Roscius, accusatus cæ-
de patris, sit à Cicerone defensus, & innocens tandem
declaratus. Non inquirendum esse arbitror, quare in
leg. 1. f. d. SCto Macedoniano scriptum expectata patris
morte. Imo satis patet, quare Juvenalis mores tem-
poris reprehendit, cum nihil novum fuerit insidiari
divitem agnatum vel patrem; nam libidini & crude-
litati erant maxime dediti Romani, in lupanaria se-
cede-

cedebant & omnia vitia perpetrabant, unde Petronius,
Juvenalis, Martialis tam obscenas res narravere.

§. VI.

Quæ cum ita sint, hinc æque in ff. in leg. 61. d. Ob causas ipsarum
Verb. Ob. & leg. 52. §. 9. pro socio, ac in Codice leg. 15. & precedentes pa-
tio. de pætis, & l. 6. C. de pætis convent. pactum hære-
ditarium dotali instrumento etiam comprehensum
fuit prohibitum, ut nullam plane obligationem con-
traheret; generaliter etiam ex lege 15. C. de pæt. vi-
dendum, quod sive de universis bonis, sive de parte,
sive certis rebus interpositum nihilominus jure civi-
li nullum sit ex rationibus specialibus, quia odiosum
& ultimæ voluntatis libertatem impedire vult; liber
enim stylus & liberum arbitrium supremæ voluntatis
manere debet l. 1. C. de SS. Eccles. ac jus testamento-
rum, ac contractuum alias confundit, quod tum eve-
niret, si contra factu etiam de hæreditate disponere pos-
sint, vid. symphoremata supplicat, Cameral, Gylmanni Tom.
I. P. 3. Vol. 6. n. 170. Hartmann. Pistor. p. 4. quest. illustr.
2. n. 4. Cacher. Dec. 100. n. 6. Crav. cons. 19. n. 7. Tira-
quell. de jure primogeniture q. 6. n. 16. 17. tum quia te-
stamenta jure publico sunt introducta, & in comitiis
olim facta, l. 3. ff. qui testam. fac. Neuport antiquit. Ro-
manarum c. 6. sect. 1. Et jus publicum privatorum pa-
ctis immutari nequeat per leg. 45. ff. d. Reg. Jur. nam
nemo potest cavere in suo testamento, ne leges in eo
locum habeant, l. 55. ff. de legat. 1.

§. VII.

Itaque cum pactum hæreditarium, licet consensu
illius initum, de cuius hæreditate agitur, per alleg. le-

B 2

ges

Pactum condi-
tionalis de certis
aliquibus ad-
ventura hære-
ditate nullum
est.

ges nullum sit, & nullum effectum producat, ut pro lubitu poscit ab eo recedi; ideo in leg. 30. C. de paſt. etiam prohibita fuit paſtio de certi alicujus adventura hereditate, quæ inscio eo facta, si ille mortuus fuerit, & hæreditas ad eos pervenerit, quid servari vellent. De hæreditate enim tertii incerti nullum dubium est, quin hoc paſtum validum sit, si pacientes conſenserint, nam nulla turpitudo hic superesse secundum leges potest Dauth. ad l. 30. C. de paſt. Carpz. p. 2. C. 35. d. 17. Tabor & Hahn, de Jure rerum concl. 78. n. 9. Imo potius crederem paſtum de hæreditate certi validum posse esse, quia sub conditione certa factum, si hæreditas ad eos pervenerit, & acerba spes mortis hic exularet, ob quam paſta talia fuere alias prohibita. Sed imperator nihilo fecius hoc paſtum etiam odiosum & plenum tristissimi & periculosi eventus vocat, ob naturam Romanorum crudelem. Secundum veteres regulas itaque sanxit, quod paſta, quæ contra bonos mores secundum Stoicos inita, nullam obligationem inducant, nisi iste simul, cuius hæreditatem concernit, consentiat, & usque ad extreum vitæ spiritum in ea voluntate permaneat, nec à pacto recedat. In fine hujus legis 30. C. de paſt. dicit, quod adeo donationes talium rerum, neque hypothecæ penitus admittantur, neque aliis quisque contractus, & in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri sectam sui temporis non pati, vid. Deckherrus in Disp. de ſectis veterum Ictorum Argent. qualis sane ſecta fuit Stoica, quæ vehementer Romanis placebat.

§. VIII.

Quamvis nunc in hac lege 15. & 30. C. de paſt. paſta

Nec valet donatione talium rerum, nec hypothecæ penitus admittantur, neque aliis quisque contractus, & in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri sectam sui temporis non pati, vid. Deckherrus in Disp. de ſectis veterum Ictorum Argent. qualis sane ſecta fuit Stoica, quæ vehementer Romanis placebat.

Et successoria penitus prohibita fuere, in quibus unius
vel pluribus promissa hæreditas, & quando de ad-
ventura hæreditate certi alicujus paciscuntur; tamen
etiam pacta reciproca & mutua de se invicem succe-
dendo in leg. 19. C. d. paſt. irrita esse imperator de-
claravit; Et licet parentes & liberi tale pactum faciant,
eadem est ratio turpitudinis & prohibitio, l. 15. C. de
paſt. Cacher. Dec. 100. n. 22. Decius n. 4. quamvis sui
domestici hæredes sunt, & vivo quoque patre quodam
modo domini existimantur, §. 2. J. d. hæred. qualit.
¶ differ., Guitteretz in tr. d. contractu juris c. 59. Gai-
lius nihilominus l. 2. O. 126. false sentit, hoc pactum in
vim contractus factum esse instar donationis inter
conjuges, ita esse firmum, ut revocari nequeat, ne ob
ingratitudinem quidem; est vero hæc hypothesis
contra notorietatem juris civilis, utpote cum donatio-
nes inter conjuges sint prohibitæ, Ex lege quidem 7.
§. 2. ff. d. donat. inter virum & uxori. sententiam pro-
baturus est, in qua paritatem rationis esse putat, cum
tamen casus ibi sit de certa quadam donatione mini-
ma, quæ cum æqualis est inter virum & uxorem, in
modum compensationis in ista lege 7. §. 2. ff. d. donat. &c.
fuit admissa, cum nemo ex hac donatione lædatur, sed
hæc donatio non est extendenda, ut Gail. putat, ad
donationem universorum bonorum, cum ex lege 19. C.
d. paſt. & l. 5. C. d. paſt. convent. generaliter patet,
quod istud pactum non valeat, non etiam inter conju-
ges quoad parapherna l. 5. & 8. C. d. paſt. convent. imo
etiam plane invalidum sit quoad profectitia bona, nisi
fœmina ante virum moriatur, l. 3. c. de paſt. convent.

B 3

Pactum de se
invicem succe-
dendo est irri-
tum, l. 19. C.
d. paſt.

Gaiili error in
hoc pacte.

&

& pater consentiat, cum illius interest ob recadentiam
l. 6. C. d. paſſ. convent. Confundit itaque Gail. jus Ro-
 manum cum hodierna consuetudine Germaniae; nam
 jure Romano tale pactum inter conjuges erat prohibi-
 tum, quia divortia erant in usu, & tum si conjux
 omnia marito donasset, non poterat spoliata bonis vi-
 rum adsequi, *Stryck. in us. mod. ff. d. fundo dotali §. 1.*
l. 2. ff. d. paſſ. dotal. cum reipublicae interest, ut mulie-
 res dotes salvas habeant, propter quas nubere pos-
 sunt, *l. 2. ff. d. jure dot.*

§. IX.

Prohibitiō pa-
cti de non suc-
cēdendo. Pari ratione pacta renuntiativa hæreditatis ex
 stricta juris civilis causa, utpote cum pactis privato-
 rum jus publicum non debeat mutari, *l. 4. ff. de Reg.*
Jur. & successio sit juris publici, *l. f. ff. de suis & legit.*
 fuere improbata, ut nulla exinde exceptio daretur,
 sed jus suum sartum teſtum retineret renuncians, *l. 3.*
C. de Collation. *l. 35. §. 1. C. de inoffic. testam.* *l. 4. C. de in-*
util. ſtipul. *Heig. p. 1. queſt. 23. n. 1.* licet hic votum ca-
 ptandæ mortis abſit, & ultima voluntas per hoc non
 impediatur *Mynſ. resp. 49. n. 13.* hinc etiam fit vel juram-
 mento tale pactum firmatum, tamen jure civili non
 valet, quia per leges prohibitum, & juramentum
 non auget obligationem, sed intra suos limites ma-
 nenti addit religionis vinculum *l. f. C. de non numer.*
pecun. & *l. 54. ff. ad SCtum Trebell.* Quod autem quis
Repudiari pot-
et hæreditas, præſentem & delatam hæreditatem repudiare posit, ex-
non autem ipſi
renunciari. tra omne dubium est *l. 1. §. 7. ff. de ſuccesſ. edict.* si mo-
 do non fit minor, & fine curatore faciat *l. 5. C. de*
repud. hæred. cum alias reſtitutionem in integrum fa-
 cile

cile impetrat; ceterum omnis dolus, metus, aliudque
impedimentum abesse debet, & tum valida est repu-
diatio , quia quilibet juri pro se introducto potest re-
nunciare *l. 5. C. de Episc. & Cleric.* cum maxime inter
se differunt repudiatio & renunciatio.

§. X.

Quamvis nunc quidam inter Doctores varie jus
civile restringunt, & per indirectum, cum expressas
prohibitiones pacti hæreditarii in *l. 15. & 30. C. de pacl.*
l. 3. C. de collation. vident, concludere volunt, quod pa-
cta nihilominus conservativa favorabilia sint, & va-
leant secundum jus civile, ac alienatio certorum bo-
norum etiam pacto possit prohiberi jure succedendi
& hæreditario, ita ut neque per testamentum aliud
possit constitui *per leg. 21. C. de legit. hæred. § f. J. d. le-*
gitima agnatorum success. l. 4. C. de legitim. tut. Heig. p. 2.
quest. 23. n. 14. Hartm. Pistor. p. 4. tamen ex ipsis legi-
bus sententiam non possunt probare, sed tantum in iis
§. f. J. de leg. agn. success. l. 4. C. de leg. tut. sanctum, quod
pater emancipando liberos semper retineat quasi con-
tracta fiducia omnia jura hæreditaria intra tempus
impubertatis, ita ut si filius impubes moriatur, cum
in ista ætate testamentum facere non possit ob ex-
iguum animi judicium, *§ 1. J. Q. Non est permisum fac.*
testam., tum succedat nihilominus pater filio, & per
emancipationem legitima hodie jura non esse extin-
cta, *§. 8. J. d. legit. agn. success. l. 11. C. de legit. hær.* Sed
ex hac contracta fiducia minime concludendum est,
quod per hanc quasi a lege pactum fuerit fictum de
conservanda hæreditate etiam post pubertatem, tan-
tum

Refutatur Sen-
temia quorun-
dam de pactis
conservativis.

tum' ista fiducia efficiebat , ut legitimus tutor filii es-
set , & si impubes moriretur , esset hæres filii , nam
ubi tutelæ onus , ibi successionis emolumumentum esse
debet , l. 73. pr. ff. de Reg. Jur. inde etiam tutor fidu-
ciarius appellatur pater in Tit. 19. J. d. fiduc. tutela. Et
si filius sine testamento decedebat in pubertate , tum
admittebatur ob hanc rationem pater ab intestato ,
quia emancipatio minus plena est , & per hanc hodie
jura patris naturalis minime dissolvuntur , §. 2. J. d.
adoptio. Omnes enim rationes , quæ jure civili alias
contra pacta de succedendo fuere proditæ , hic non
cessarent , sed testamenti libertas per pacta hæredita-
ris conservativa impediretur , & ex pacto hæreditas
deferretur , non autem ex testamento vel ab intestata-
to , Mev. ad Jus Lub. p. 2. T. 1. n. 48. cum tamen in l.
19. c. de paſt. pacta reciproca & mutua fuere interdicta.

Fideicommissum familie conservatis un potest relinqui.
Quod autem fideicommissum possit tali modo relin-
qui , ut si unus frater sine liberis ē vita excederet , alter ha-
beret l. 11. c. d. transact. , & l. 16. c. d. paſt. non inficia-
musr nam testatori liberum est conditionem hæredi
adponere , quam velit , §. 9. J. d. hæred. instit. , attamen
tale fideicommissum non est in infinitum extenden-
dum , sed certas etiam fines debet habere , ne alias te-
stamenti factionem plane prohiberet , quæ summe fa-
vorabilis est , l. 12. §. 9. ff. pro socio , & l. f. C. d. paſt. , i-
mo mutuo dissensu potest ab isto fideicommisso re-
cedi l. 16. c. d. paſt. & si fratres non concordes sunt ,
potest ad divisionem provocari l. 11. c. d. transact. ne
alias occasionem insidiandi præbeat. Id quidem ex
Potest tamen etiam certi do- leg. 7. c. de rebus alienis non alien. patet , quod à lege , à
testa-

testatore & pacto contrahentium possit certi dominii alienatio prohiberi, ita ut neque ususfructus datio, hypotheca & pignoris nexus firmus sit, sed tamen tum non ut rem suam possidet, sed tanquam alienam, & statim accipit, quod vero multum differt à pacto conservandæ hæreditatis; cum donatori & ejus hæredi in hoc ultimo casu conditio competit *l. 3. C. d. condit. ob caus. dator.* si conditio non fuerit servata ut. v. gr. quando alienaverit quædam de rebus &c. Hoc ergo pactum *l. 7. C. d. reb. alie. non alien.* minime est confundendum cum fideicommisso, nam fideicommissum ex testamento, *§. 2. d. fideicomm.* & ab intestato tantum *§. 10. d. fideicomm.* rogando hæredem constituitur, non autem jure civili ex pacto. In hac etiam *l. 7. C. d. reb. alie. non alien.* non agitur directe de futura successione, sed tantum de certa liberalitate, qua sub conditione aliquis utatur, ut tantum usumfructum habeat, & non ut re sua utatur, sed ut aliena, quod satis ex Rubrica Tit. hujus etiam elucet.

S. XI.

Pasim autem Gail. *l. 2. O. 126. n. 5.* aliique sentiunt, quod pacta talia hæreditaria, si in modum donationis fierent, possent valida esse secundum jus civile, cum omnia bona, præsentia & futura donantur, *l. 35. §. 4. 5. C. d. donat.* attranien potius sciendum, quod nulla donatio ultra 500. solidos per *§. 2. J. d. donat.* possit sine insinuatione & cognitione magistratus valida esse, ne ex nimia liberalitate damnum contrahant; exceptis tantum quibusdam, *l. 36. C. d. donat.*; tum natura pacti hæreditari sit, ut exactio ad tempus mortis

Pacta hereditaria in vim donationis sunt in validis, licet quidam contra sentiant.

C

vos

differatur, & suspendatur. Itaque si donatio inter vi-
vos esset, statim effectum traditionis haberet, §. 2. *J.*
d., *donat.*; si vero donatio mortis causa, tum esset sem-
per ad similitudinem pacti hæreditarii mutabilis, nam
ambulatoria est hominis voluntas usque ad extremum
vitæ halitum, *l. 4. f. d. adm. legat. l. 32. §. 10. f. d. donat.*
inter vir. & uxor. Unde etiam in lege 30. *C. de paet. f.*
sancitum, quod neque donationes talium rerum neque
alius pene contractus admittatur; potius enim volun-
tas contrahentium, quam verborum subtilitas atten-
denda, *l. un. C. ut aet. ab hered. & cont. hered.*, præci-
pue cum de pacto hæreditario contrahentes cogita-
rent, & per obliquum pactum tale in irent, *Cacher. dec.*
100. n. 2. Gabriel cons. 137.

§. XII.

Cum itaque ex his elucet, quam inexpiable o-
dium erga pacta hæreditaria, vel successoria, vel re-
nunciativa, vel reciproca legislatores habuerint, ut in-
de nec naturalis obligatio in foro civili nasci debeat,
l. 30. C. de paet. l. 6. C. de paet. convent. Vsq. de succe-.
sione, l. 2. §. 18. n. 229. sed penitus à legibus improbetur,
ut nec retentionem hæreditatis post mortem, si pactum
initium est, involvat, nisi ipse, de cuius hæreditate agi-
tur, in hac voluntate usque ad extremum vitæ spiri-
tum expresse perseveraverit, *l. 30. C. de paet. & l. 46 f.*
d. hered. insit. sed juncta insimul pena acquiratur hære-
ditas fisco, *l. 29. §. f. & 30. f. d. donat.* nec validum sit pa-
ctum, licet etiam contractui alicui principali sit inconti-
nenti adjectum, *l. 15. C. de paet. l. 5. C. de paet. conv.* cum
alias pactum contractui adjectum incontinenti actio-
nem

Ob generalem
prohibitionem
pactorum ha-
reditariorum
nec naturalis
obligatio ex iis
nascitur.

Nec pactum
haeditarium
contractui in-
continenti ad-

nem producit & videtur esse pars contractus, l. 7. §. 5. ff. d. pact., quamvis Cothmann. conf. 8. n. 107. vol. i. false contrarium sentit, & talia pacta defendit secundum jus civile: itaque facile exinde colligendum erit, quod similiter ob pacta non servata ad intereste agi nequeat, l. 34. C. de transact., nec quod magis, si quid ea causa datum, ut tale pactum fieret, repetitio nulla concedatur, l. 34. §. l. 25. C. de transact. nam in turpi causa (cum pactum hoc contra bonos mores sit, l. 30. C. de pact. l. 61. ff. d. V.O.) melior est ratio posidentis, l. 128. ff. d. Reg. Jur. l. 8. ff. d. condic. ob turp. causam, Ziraquell. d. jure primogenit. quest. 6. n. 20.

jeatum valet
secundum jus
civile.
Dn. Cothman.
contra sentit.

Nullam repti-
titionem ipse
babet, qui ali-
quid ob pa-
ctum facien-
dum dedit.

Imo jure Romano si mediante juramento tale pactum erat conditum, non valebat Cacher dec. 100. n. 12. Pantschman. quest. præt. II. n. 20. Gail. Obs. præt. l. 2. O. 155. n. 1. nam ex pacto vel pollicitatione, inter ci-
vies Romanos actio non nascitur, nisi sit pactum legitimum,
ita nec ex jurejurando, puta si quis etiam roganti juraverit
se aliquid daturum facturumve, nisi æque jusjurandum fue-
rit legitimum, l. 7. §. 8. ff. d. operis libert. l. 13. D. acceptil.
l. 6. d. confession. l. 7. §. 16. ff. d. pact. Jusjurandum e-
nim cum tantum accessorium negotii est secundum
jus civile, & naturale, & nullam novam obligationem
constituat, sed existentem tantum confirmat, non ma-
gis quam certa promissio æstimanda est, nisi mores
sceleratissimi hominum aliud comprobarent, vid.
Gundling, piece 4. p. 339. §. 141. Hobbes, Huber. in jure civi-
tatis l. 2. Sect. VI. c. 3. de pactis & jurejurando n. 26. §. 27.

Juramentum
etiam non con-
firmat pacta
italia.

S. XIII.

Et licet etiam quis credere posset, quod validum

C 2

istud

istud pactum sit, si modo non penitus facultatem testandi eriperet, & omnia universa bona in se comprehendat, sed tantum de certa parte post mortem hæreditario more præstando contineret, ut *Gail.* l. 2. O. 126. n. 8. & *Cothmann conf.* 8. n. 106. Vol. 1. sentit, ratio esset, quia hoc modo libera testandi facultas non auferretur & etiam quis in parte residua posset testari, cum omnis testastatio præsupponat bona propria, non aliena, quæ autem per pactum promissa, essent aliena, nam jus extinctum non posset amplius reviviscere, l. 60. f. d. *solutio.* sed cum tutius sane sit generalitatem legum sequi, cum ista pacta plane ut odiosa fuere a legibus improbata per l. 15. & 30. c. de *pactis*, nec de his unquam pacisci secundum jus civile licet, ut ex pacto in iis defuncto succedatur *Hartm. Pistor. part. 4. quest. illust. 2. n. 4. Cacher. d. dec. 100. n. 26. Zessaur. dec. 225. n. 11. Crav. conf. 19. n. 7.* præcipue cum tale pactum particolare legibus incognitum, & alii modi sint transferendi rem suam in alium, ut donationes & testamenta; tum quia alias ratio captandæ mortis in hoc pacto particulari non cessaret; arbitror sane, quod omnia talia pacta secundum jus civile sint nullius momenti, cum in leg. 30. c. de *pactis* expresse cautum, quod neque hypothecæ, neque aliis pene contractus sit firmus,

§. XIV.

Pacta hæreditaria tam univerſalia, quam particulares sunt in- tertiaria.

Satis itaque ex his patet, quod pacta hæreditaria in totum & pro parte sint penitus a legibus tanquam vota captandæ mortis prohibita, ita ut neque ullam obligationem adsequantur, sed nuda sint. Hinc quidam Do-

Doctores vid. Gail. O. 126. l. 2. velis equisque has leges defendunt, adeo ut scribant, neque statuto aut consuetudine contrarium firmari posse, quod tamen ab ipsa veritate & experientia alienum esse ostendetur a nobis in cap. 2. §. 3. & 4.: præsertim cum Gail. sibi etiam contrarius sit, & l. 2. O. 155. præmissionem & expectantiam super Feudo nondum aperto valere scribat, nam ibi idem votum captandæ mortis esset; huc accedit quod jus feudale sit jus consuetudinarium, 2. F. 7. princ. 2. F. 9. princip. & hoc pactum hæreditarium admiserit, pacta enim ex consuetudine legem recipiunt, l. 31. ff. d. paſt. Gail. l. 2. O. 155. n. 4. hoc modo scribit. Si tamen rem accuratius perpendamus, dubium non est, quin hujusmodi expectatiæ alienæ mortis desiderium inducant, sed quia vasallus de feudo testari nequit, & eo mortuo illud domino aperiatur, merito talis concesio alteri fieri potest.

§. XV.

Multi itaque hodiernorum Doctorum in tanta varietate sententiarum tutius esse existimant, si legibus civilibus (licet non sint adplicabiles in hoc casu) inhærent, hinc etiam evenit, quod sæpius pro validitate pactorum hæreditiorum sententia feratur, sæpius contra.

§. XVI.

Milites sane, ut in multis juris articulis melioris conditionis pro paganis sunt, & secundum jus naturæ magis vivunt, beneficium singulare in l. 19. c. de paſt. acceperunt ab imperatore, ut, quando ad discrimen prælii pergant, ob communem fortunam paciscantur

Quoad milites tale paſtum hæreditarium jure civili salut.

de futura successione, & tum ratum eorum pactum
debeat esse, quia militum nuda voluntas testamenti lo-
co est, & si quid in vagina aut clypeo, literis sanguine
suo rutilantibus, adnotaverint, aut in pulvere in-
scriperint gladio suo, ipso tempore, quo in prælio vi-
tae fortem derelinquent, hujusmodi voluntas stabilis
est l. 15. c. de testam. Imo Leo Imperator adeo propter
evidentem absurditatem, ut scribit Conf. XIX. legem
cod. 15. de pact. corredit & pactum hæreditarium
confirmavit, cum in hominum animis neutiquam,
locum invenerit, nedum vim & efficaciam habue-
rit.

§. XVII.

Cum autem multi DD., ut fieri solet, in tam dif-
ficiili pactorum materia optimam sententiam pro vali-
ditate pactorum se exquisivisse sibi persuadent ac vali-
ditatem istorum pactorum per obliquum defen-
dunt, si modo in vim contractus facta, non autem
in vim ultimæ voluntatis, utpote quæ semper muta-
bilis esset, l. 4. ff. de adim. legit. itaque non alienum et-
iam sentio, si istorum rationes adducam. Cum Ca-
cher. d. dec. 100. n. 24. Menoch. conf. 794. n. 3. Hartmann.
Pistor. quest. illustr. 3. n. 8. Mevius ad Jus Lubecense p.
2. T. 1. n. 39. Gail. l. 2. Obs. 126. n. 6. Carpz. Iprud. for. p.
2. conf. 43. Def. 11. istam sententiam fuere amplexi. Ra-
tiones autem, quibus sententiam potissimum corro-
boratur, præcipue sunt hæ, quia si in pacto hære-
ditatis de nulla successione facta fuerit mentio, sed
tantum, ut post mortem cedant pacienti bona onnia,
vel certa, ista pacta hæreditaria ex vi contractus vale-

re

*Leo in Nov.
Conf. XIX.
prohibitionem
pacti hæreditati-
rii sufficiat.*

*Sententia
Doctorum de
pacto in vim
contraactus &
ultima volun-
tatis.*

re per text. in l. un. c. ut action, ab hæred. & in hæred.
 &c. Mevius ad Jus Lubecense p. 2. Tit. 1. n. 39.

Et promissio non esset pactum futuræ successio-
 nis, sed obligatio descendens ex contractu de præsen-
 ti inter vivos celebrato, licet effectum post mortem
 sortiatur Gail. l. 2. O. 126. n. 6. tum quia pacta &
 contractus non nisi mutuo utriusque partium consensu
 dissolvantur, l. 58. f. de paſt. Carpz. Iprud. for. p. 2.
 conj. 43. def. ii.

§. XVIII.

Quo autem allegati Doctores accurate cognoscant,
 an pactum in vim ultimæ voluntatis, an in vim con-
 tractus sit factum, varias ea de causa regulas excogiti-
 tavere, & sic solemnitatibus verborum stricte incum-
 bunt, ut videatur, quasi rursus prætorias veteres for-
 mulas per Tit. C. d. formulis & impetracionibus action. &c.
 abrogatas, in usum revocare velint. Si enim hære-
 diratis & successionis, beerhen ic. mentio facta sit in
 pacto, licet accidentaliter, tum ratione ultimæ volun-
 tatis mutabile esse censem, Stryck. in caut. contr. seſt.
 2. c. 8. §. 21. & in us. mod. f. de paſt. dotal. §. 4. Lauterb.
 in colleg. theor. pr. §. 4. de paſt.

*Unde discer-
 nant talia pa-
 ctua,*

Quando autem per verba contractus e. g. Es soll
 auf den Todes-Fall der überlebende Ehegatte alle Güter be-
 halten und haben/ tale pactum esset conditum, per ulti-
 mam voluntatem non possit mutari, Stryk. caut. contr. seſt.
 2. c. 8. §. 21. Mevius tamen saniore ratione quodam modo
 sentit in jur. Lub. p. 2. T. 1. n. 44. & putat, quando scri-
 ptum in his pactis ut hæres, post mortem conventa
 præstaret per l. un. C. ut actiones ab hæred. & in hæred.
 &c.

&c. tum esset pactum hæreditarium validum & irrevocabile, quia ita libertas testandi non esset oblata.

S. XIX.

Cum itaque JCti contra leg. 30. & 19. c. de pact. multas subtilitates verborum annexunt, & maxime verbis solliciti sunt, licet ex animo paciscentium & natura pactorum hæreditariorum aliud diversum pateat; non potest aliter esse, quin erroneam sententiam habeant, cum una via pacta hæreditaria prohibita censem, altera via autem applicando jus civile inconsiderate ad mores Germaniæ ista valida existimant salvis legibus, Itaque cum nimium inhærent Doctores principio Juris Romani moribus nostris parum convenienti, inde tales quoque oriuntur errores, Stryck. in us. mod. ff. Præjudicium de adoptio §. 13. hinc etiam JCti Fct. & alii etiam in rationibus decidendis secundum ista principia respondere in causa N. N. 1721.

Obwohl ein pactum in vim & modum contra-
etus per subsequens testamentum nicht geändert werden
mag / wie dann die Sache an und vor sich in thesi, denen
Rechten nach ihre Richtigkeit hat / pacta dotalia per ultimam voluntatem mutari nequeunt, & quod ab initio
est voluntatis , id ex post fa&o sit necessitatis

L. 12. C. de cont. empt. Berlich. p. 2. con. st. Carpz.
part. 2. C. 43. D. 11.

Allerdings aber das obangeführte pactum dergestalt
nicht beschaffen / daß es nicht durch einen letzten Willen
sollte können geändert/ oder gar aufgehoben werden/ sinter-
mahlen die in demselben befindliche Worte/ beerben oder es
sollte

sollte eben so bündig seyn / als wenn es durch einen Contract, letzten Willen/ donatione mortis causa, oder inter vivos, legato und dergleichen errichtet wäre/ ja wie es am bündigsten immer seyn könne und möge / ic. welches aber als Lemahl nach Belieben/ auch wider Wissen und Willen des andern Theils geändert werden kan. So ic.

§. XX.

Hæc itaque brevibus de Doctorum rationibus, quibus diversitatem pacti in vim contractus & ultimæ voluntatis facti defendunt, nunc quoque accurate erit examinandum, an etiam ista distinctio cum legibus civilibus conveniat. Ad primam igitur rationem quod attinet, istam in leg. un. C. ut action. ab hæredibus & in her. fundatam esse, recenseam prius rationem hujus legis. Olim enim cum turpe videbatur post mortem stipulari, ut quid daretur, & cum actiones, quæ a defunctis non incepissent, ab hæredibus incipere non poterant. I. un. C. ut actiones ab hæred. fiebat, ut, si quid stipulatum fuerat post mortem, non valebat ob strictam XII. tab. explicationem, cum post mortem dies stipulationis veniebat. Illud Imperator igitur in dicta I. un. & §. 12. J. d. inutil. stipulat. abrogavit, ut ex consensu magis contrahentium stipulationes & legata valerent, quam ex subtilitate, §. 12. I. d. inutil. stipulat. & ut liceret, & ab hæredibus, & contra hæredes incipere actiones. Hinc erg. hodierni Doctores sentiunt, cum olim non licuisset post mortem stipulari, & legari ab intestato, jam generali concesione facta etiam pacta hæreditaria per stipulationem posse perfici, cum demum ad similitudinem

D

lega-

*Distinctio de
pacllo hæredita-
rio in vim con-
tractus & ulti-
me voluntatis
legibus inco-
gnita est.*

*Resoluitur l.
un. C. ut a-
ction. ab hæred.
&c.*

legatorum post mortem vim sortiantur. Libenter autem concedo, quod quidem per hanc *legem unic.* C. post mortem stipulari & legari liceat, tamen hoc maxime intelligendum est de casu, cum inter se spondent, & agunt de certa re, nam olim tantum in testamento legata relinqui poterant, non vero ab intestato; hæc autem lex minime extendenda est ad casum, cum pacientes volunt de futura successione agere, & ex animo & actu pateat, licet per verba contractus tale pactum conscribatur; animus enim anteponendus verbis & in contractibus non tam verborum subtilitatem, quam voluntatem & mentem spectare debemus, arg. l. 1. 2. 3. §. de paſt.

§. XXI.

Quippe satis ex lege cognosci potest, quod talis casus ibi non proponatur, præcipue cum imperator ante ista pacta in l. 30. C. de paſt. ut odiosa rejecerit, nunc autem ista per verba contractus admisisset; quæ igitur prohibitio esset in republica, quæ vis legis, cum per indirectum admitterentur pacta, quæ alias tristissimi & periculosi eventus vocantur, & quorum nulla obligatio in jure civili debeat esse, l. 15. & 30. C. de paſt. Cer- te ego non conjicere possum, quare istam sententiam fuere amplexi, nisi forsitan hoc fuit, cum videre, quod etiam legata relinquere liceat ab intestato, hinc a contrario ad pacta hæreditaria argumentati sunt, ob similem, ut sentiebant, rationem, attamen sciant, quod olim legata in testamento tantum relinquiri possent, §. 10. de fideicommiss. nunc vero etiam sine testamento, quia legata fideicommissis sunt exæquata, §. 3. d. legat.

Hinc

Falsa eſt Do-
ctorum diſtin-
ctio de paſto in
tim contractus
& ultima po-
tentia.

Hinc satis patet, quod ista *lex.un.* C. ut *actiones ab hæred.* &c. sit intelligenda de legatis ab intestato & stipulationibus post mortem, & non extendenda ad pacta hæreditaria.

§. XXII.

Diversitas enim maxima est inter legatum & pactum hæreditarium; legatum enim hæres præstat, & semper pro lubitu potest rursus adimi, §. J. de ademptione legat. & translat. quia ambulatoria est hominis voluntas usque ad extremum vitæ spiritum, L. 4. ff. de adimend. legat, in pacto hæreditario autem nullus hæres est, qui pacienti conventa tradit, sed ille loco hæredis habendus esset, & non posset a fœmel placito regulariter ob naturam factorum discedi, hinc maxime differt a legato.

§. XXIII.

Et quamvis fingerem in l. un. C. ut *actiones ab hæred.* &c. casum istum pacti hæreditarii in vim contractus facti esse, tamen nescirem, qua ratione potissimum possit evenire, ut tale pactum fieret. Si enim per verba stipulationis & pacti legitimi, ut donationis in l. 35. C. de don. conventio talis hæreditaria fieret, non esset pactum simplex, sed legitimum vel stipulatio, & mutaret sane priorem naturam, cum pactum & contractus secundum quid differunt, & non ens magis esset, quam verum negotium, cum tam de natura pacti, ratione nominis, quam stipulationis participaret. Contractus enim habent certum nomen, causam & actionem l. 7. §. 1. ff. de paſt. Pacta autem sunt vel vestita sive legitima vel nuda, quæ ultima nullam obligationem in jure civili habent. Igitur ex hac leg. un. C. ut *actiones ab hæred.* &c. non est concludendum, quasi Imperator

Diversitas le-
gati & pacti
hæreditarii.

Pactum in vim
contractus non
potest validum
esse secundum
leges civiles.

concessisset, ut pactum hæreditarium per stipulatio-
nem firmari posset, nam nulla mentio de pacto hæ-
reditario facta, tum etiam stipulatio talis non potest
fieri de successione, cum ratio finalis legis l. 30. C.
de paꝝ. ut tristissimi & periculosis eventus non cessaret,
propter quam talis prohibitio facta. Similiter ex gene-

(1) quia in leg.
30. C. de paꝝ.
talium rerum
contractus fuit
prohibitus.

(2) Quia in leg.
15. C. de paꝝ.
pactum de talis
instrumento et
iam compre-
hensum fuit
nullum pro-
nunciatum.

ralitate legis 30. C. de paꝝ. 61. ff. d. V. O. satis elucet, quod
hæc sententia sit contra omnes leges & earum rationes,
cum in fine legis scriptum, quod neque donationes
talium rerum, neque hypothecæ, neque alius pene
contractus admittatur; tum in l. 15. C. d. paꝝ. pactum do-
tali instrumento comprehensum fuerit prohibitum, licet
per stipulationem, quod semper promittitur, l. un. C. §.
9. d. Rei ux. aꝝ. pactum tale hæreditarium fuerit factum,
& alias pactum contractui incontinenti adjectum sit pars
contractus l. 7. §. 5. ff. de paꝝ. Errant itaque gravissime
prælaudati alias Doctores, & licet septenarius etiam
numerus & ultra sit, qui per 14. saecula fuit olim a
glossatoribus custoditus, ut istorum sententia pro com-
muni & vera habeatur, nihilominus tutius est inquire-
re in rationes legum, quam cœco impetu idola vene-
rari JCTorum, cum nec ullus privilegium de non er-
rando habeat. Brunnen. ad hanc leg. un. n. 36. ut action.
ab hæred. & contra &c. sub vario colore & limitatione
istam sententiam propugnat, dum scribit: *Quod quis
bona sua posse donare, vel promittere post mortem. Nec
dicitur tunc pactum de futura successione, quia non promit-
titur ut futura successio, que non potest deberi ex testamen-
to aut ab intestato. Sed hoc casu bona post mortem deben-
tur ex promissione & obligatione statim effectum haben-*
te

te, quantum ad obligationem, licet differat, quantum ad exactionem.

§. XXIV.

Cum igitur ex his satis elucet, quod ista differentia pacti in vim contractus & ultimae voluntatis sit plane legibus incognita, & maxime erronea, ut inde non necesse esset plura de hac materia agere; tamen alteram etiam rationem iuquiramus, an talis promissio de futura successione per modum contractus inter vivos facta sit valida, licet post mortem effectum haberet, Gail. l. 2. O. 126. n. 6. Quod igitur hanc rationem concernit, miror sane, quare Doctores sentiant, quod pactum in vim contractus sit validum, cum tamen lex 15. § 30. C. de paꝝ generaliter disponunt, ut ideo plane absurdum sit aliam sententiam eligere; similiter obligatio descendens ex contractu de praesenti inter vivos celebrato non potest mutare naturam pacti haereditarii, cum omnia requisita retineat, licet in vim contractus sit conditum; obligatio enim ex contractu descendens nihil hic varia-re potest ob generalem prohibitionem talium pactorum. Sane si obligatio ex contractu de praesenti inter vivos descendens esset, statim effectum suum haberet, & implementum pacti haereditarii post mortem non fieret.

§. XXV.

Itaque plane falsum est, neque valet Doctorum distinctio, bona deberi ex promissione statim effectum habente, quantum ad obligationem, licet differat, quantum ad exactionem; ubi enim talis distinctio

D;

in

Pactum haereditarium etiam inter vivos est invalidum.

in legibus unquam invenienda, præcipue cum sit contra rationes legum, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. 32. ff. de recept. & l. 3. ff. de officio Praefid. Reliquas rationes, quæ varie adducuntur, prætereamus, cum sint nullius valoris, quando nempe dissentientes regulam pro se allegant, pacta & contractus nonnisi mutuo utriusque partis consensu dissolvi, l. 58. ff. de paet. hæc regula autem intelligenda de pactis legitimis; nuda enim pacta ab initio sunt invalida, ut inde nulla obligatio secundum leges civiles ipsis sit attribuenda, neque obligatio superveniat ut hic est pactum hæreditarium.

§. XXVI.

Mervius tamen in jure Lubec. p. 2. T. 1. n. 44. me-

Dn. Mervii sententia de pacto in vim red. &c. Et putat, quando conventum ut hæres præcontractus & stet post mortem, tum esset per hanc leg. un. pactum validum & immutabile. Et sane confiteor hanc sententiam facile placere posse, nisi obstat generalitas leg. 30. C. de paet. in qua ut tristissimum fuit rejectum, licet sit contractus, tum etiam votum captandæ mortis hac ratione maneret, ob quod reprobatum fuit tale pactum. In hac leg. un. autem stipulationes post mortem conceptæ fuere admissæ, sed nulla mentio facta de successione: Cognosci itaque potest, quod hæc lex non agat de successione, sed tantum de sponsione, de certo actu, super quem forte fortuna stipulantur & sibi promittunt aliquid fieri etiam non potest in paeto hæreditario, quin non agant de successione, cum expresse, licet in vim contractus sit pactum, de-

cla-

clarare debent voluntatem paciscentes , qua ratione istud pactum servari volunt, cum alias in dubio effectum donationis inter vivos haberet & conventa essent statim tradenda die cedente , & veniente , hinc tale pactum donationis maxime differret a pacto hæreditario , cum demum post mortem hoc impleatur , & suspendatur tamdiu.

§. XXVII.

Et licet *Mevius in jur. Lub. p. 2. T. 1. n. 40.* scribat, quod sententia de pacto hæreditario in vim contractus & ultimæ voluntatis communiori, & veritati magis consentaneo Doctorum calculo præ negativa recepta sit, attamen facile ex jam disputatis eluescit, quod maximum errorem commiserint, qui leges ad casus applicare volunt, de quibus plane contrarium actum. *Rösenthal enim de feud. c. 7. concl. 27. n. 26. Fachin. l. s. controverf. Jur. c. 35.* aliud diversum plane sentiunt. Imo ipse *Dom. Berg in oeconom. Jur. l. 1. t. 3. §. 11.* dicit verba non esse accurate consideranda, quia in contractibus veritas magis, quam scriptura perspici debeat, *l. 1. C. plus valere quod agitur &c. l. f. C. que res pignori obl. l. 6. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 34. d. R. Jur.* Et quasi in nostram sententiam inclinat, cum responsum *Jur. ad- ducit.*

Paſſa dotalia in vim contractus inita erant, in iüs- que cavebat pater sponsi, ut hic cum ceteris liberis non col- latis bonis, quæ a ſe vivo accepiffet: ex æquis partibus fu- ccederet, erben folte. Cum a. sponsi pater nihil locutus, con- dito deinceps testamento secus ordinaret, responsi fuit a F. V. ad interrogationem des L. P. Justitz-Collegii zu Bürg. in

Dn. Börger in
Oecon. Jur. l. 1.
t. 3. §. 11. sub-
tiliter semper
verba non esse
consideranda
dicit, sed mens
potius, quod ve-
rum.

causa Andreen Brechts und consorten cfr. Nicolaum Brech-
ten ejusmodi pactis dotalibus non inter conjuges tantum, sed
& quoad patrem sponsi factionem testamenti impediri, at-
que adeo istud patris testamentum, qua contrariatur illis
pactis, non valere, immo pretium, quod ex bonis a patre ven-
ditis superfluerit, aequaliter dividendum esse. Nec vero
obscrit verbum Erben, quo in pactis dotalibus utebatur
pater, quem idem illud in re quidem dubia vim habeat ul-
timae voluntatis, minus autem tum cum ex contextu liquet
nullam aliam fuisse pacientium, quam inter vivos dispo-
nendi, atque adeo contrahendi intentionem. Hæc ergo
de pactis hæreditariis varii generis satis dicta suffi-
cient secundum leges civiles, & controversias hodier-
nas, nunc in cap. II. proponemus statum Germanorum
a Romanis diversum & validum inde pactum hæredi-
tarium ex consuetudine.

C A P. II.

De Pactis hæreditariis hodie & se-
cundum mores validis.

§. I.

Pacta hæredi-
taria secun-
dum mores
consideranda
sunt. **S**i itaque omnes legum rationes & præcipue hujus
pacti considerem, ridiculum videtur, tot applica-
tiones legum civilium videre, quæ inconsiderate
factæ, & quarum ratio ad nostrum statum Germani-
cum penitus adipicari nequit. Jus civile enim cum
tantum ex recepto nos obligat, & quatenus cum mo-
ribus & consuetudine convenit, nam optima est inter-
pres

preslegum consuetudo l. 36. 37. ff. de legib. tam mire animos legulejūm olim sibi conciliavit, ut etiam putaverint omnes leges in causis etiam meri juris publici adplicari debere; hinc tantæ absurditates olim propositæ, ut quis in cachinnum se effunderet, si omnes legum & JCtorum allegationes perlustraret. *Daniel Otto diss. d. jure publ. c. 8. Hermes in fasc. jur. publ. c. 3. q. 4.* cum de statu Germanici scribunt, omnes rationes vel ex ff. vel ex Codice collegere; hinc ridiculo sane more demonstrant, Monarchiam esse in imperio Germanico, quia nostrum imperium & majestas fuerit apud pop. Roman; hic autem omne suum jus transtulerit lege Regia in Imperatorem, l. 7. §. pen. ff. d. capt. & postlim. l. 1. d. const. Princip. Ergo etiam hodie arg. l. sancimus C. de testam. & leg. præcipimus C. de appellat. Et sane non aliter se habet cum paæto hæreditario, cuius rationem intempestive ad nostrum statum adplicant, ita ut quidam stricte legibus inhæreant, qui non tam sunt reprehendendi, quam cæteri, qui cum ex consuetudine pacta hæreditaria firma esse vident, nihilominus cæco quodam amore non penitus jus civile in applicatione paæti hæreditarii dimittunt, sed varias distinctiones de paæto in vim contractus, & ultimæ voluntatis legibus incognitas intermiscent, sed turpi profecto lapsu. Absit vero a nobis istorum sequi rationes, potius cum hodiernis Juris publici Doctoribus ad mores Germaniæ, & statum a Romanis plane diversum abeamus, quorsum aptius dijudicabimus, quanta sit jam diversitas temporum & legum,

Quo igitur pactum hæreditarium accurate secundum mores Germanorum examinetur, an tale pactum hodie sit adplicable, & quare in Jure civili fuerit prohibitum, ex ante actis in cap. 1. §. 5. elucebit, quod ob naturam Romanorum sævidam pro ratione temporum prohibitio pacti hæreditarii necessaria fuerit, cum alienæ hæreditati inhiarent, & sæpius homicidia tristissimi eventus fierent; hinc etiam legislatores medelam rerum quærentes utile esse sentiebant tale pactum penitus prohibere, & omnem insidiandi occasionem civibus præcidere. Quid ergo salubrius potuit esse pro vitiorum fervore mutare ac flectere eo tempore leges in republica & sicut faciem cœli, & maris, ita rerum ac fortunæ tempestatem variare, *Gell. Noct. Abb. lib. 20. c. 1.* Cum itaque Jus civile tanquam Germanicum in foris, & Academiis recepimus, non immerito quoque Germanorum naturam, & statum imperii considerare debemus, quo ex his pateat, an etiam istæ leges ad mores nostros sint adplicabiles. Germani enim magis simplicitatem, sinceritatem & datam sernel fidem *Berger. Oecon. Jur. I. 1. t. 3. §. 11.* *¶ Weber in arte conversandi R. 9. p. m. 483.* Juris gentium præ Romanis sequuntur, licet corruptela morum quandoque inducatur; inde etiam, cum ista pacta hæreditaria tristissimi & periculosi eventus vocantur in l. 30. C. de paſt. non possunt adplicari tales prohibiciones pactorum ad Germanos, cum isti iracundiæ non tam sunt obnoxii, quam Itali, qui sunt vindictæ prompti, & facile injuriam inferre parati, *Weber in arte conversan-*

eveniat tristis casus, qui vero pactis non est adscriben-
dus, sed personis, Molina tract. 2. dis p. 388. n. 2. Cessan-
te itaque ratione finali legis, cessat merito effectus &
præcipue prohibitio pacti hæreditarii in Germania.
Huc accedit, quod Germani christianæ religioni magis
sint imbuti, & metu divinæ poenæ tale homicidium
magis caveatur, cum Romani varie tempore Justi-
niani in paganismo adhuc viverent. Hoc enim cer-
tum, & exploratum est, quod Romanorum natura à
Germanis etiam longe fuerit diversa, præcipue cum
pro ratione climatis & temporum, aetate, honore va-
riet; & si omnes leges civiles sine discrimine ad no-
strum statum, ut quidam volunt, applicaremus, maxi-
ma oriretur absurditas. Sane Romanorum resp. a no-
stra etiam penitus diversa fuit, ut itaque aliæ leges,
& aliæ rationes sint, hinc etiam varia statuta pro-
mulgata, quæ Jus civile, quatenus non est applica-
bile, corrigunt, murant, & leniunt interdum. Imo
quot civitates, tot statuta & sæpius quandoque mo-
res hominum tacite aliquid inducunt a legibus civili-
bus diversum, l. 35. ff. de legib. Si itaque omnes leges
civiles sine discrimine rejecta consuetudine & statutis
adhibere vellemus, insipienter fieret, cum adeo Præ-
tor olim Romanus scite naturam rerum in legibus fe-
rendis inquirens sæpius leges XII. tab. iterum muta-
vit pro opportunitate temporis.

§. III.

Cum itaque ex his propositis cognosci potest,
quod ratione hujus pacti Jus Romanum non sit appli-

E 2

cabile

*Jus cibile quo-
ad pacta hære-
ditaria non est
adlicable in
Germania.*

cabile ad mores Germaniæ , cessante ratione finali legis scil. homicidiis, quæ hodie non sunt metuenda. Vindendum ergo existimo , an tale pactum sit consuetudine introductum , & deinde, an consuetudo illud adprobare possit. Primum igitur quæstionem si recta animi lance considerare volumus , non abs re erit testantibus Doctoribus istam firmare. Germanorum igitur moribus pacta circa successionem anomala esse sine consideratione contractus usitata affirmant Musc. de success. convent. & anom. membr. 1. claf. 1. concl. 3. Decitus cons. 16. vol. 3. Wesenbec. cons. 71. fol. 2. Boer. dec. 355. n. 3. Bes. tr. de success. & elect. reg. fol. 148. Grænweg. de Labrog. ad L. 5. C. de paet. Lindenbrog in Cod. leg. antiquar. fol. 49. Ipse Schiffordeker apte l. 1. tr. 29. q. 2. Secta nostræ Facultatis, inquit , non patitur , ne conventio facta inter vivos valeat, nec eo minus revocari possit ab eo ipso , qui utiliter semel obligatus est, Stryckius etiam disp. de expectantiis c. 1. n. 22. & in tr. de success. ab intest. disp. 1. c. 1. n. 6. consuetudinem istam notoriam dicit. Hinc ego non dubito omnia universa pacta, sint vel de acquirenda, omittenda , vel reciproca successione valida pronunciare, inter conjuges & alios notissima Germaniæ consuetudine, & paritate rationis. In camera imperiali pactum inter conjuges fuit adprobatum, Mynsing. Obs. 33. cent. 2. neque jus commune in hoc casu attenditur, Schneider. comm. ad inst. de success. ab intest. gr. 4. d. successione inter vir. & uxor. In tantum ergo hic regula civilis applicanda; provisio hominis facit cessare provisionem legis, arg. l. C. de test. tutel. & l. f. C. d. paet. cum pacta dotalia hodie & secundum mores inter

ter contractus ~~δυπλικός~~ referantur, & uno invito quo-
ad istam conventionem revocari nequeant, *Carpz.* p.
2. C. 43. D. 11. licet olim dos promissa per stipulationem
Gell. Noꝝ. Abb. l. 4. c. 4. l. un. C. de rei ux. act. qui con-
tractus est unilateralis, cum unus tantum spondet, &
alter quærerit, §. 1. *J. de verb. oblig.* Germani enim ma-
gis simplicitatem Juris gentium, quam subtilitatem
amant, cum hodie etiam pācta nuda valida sint, & ex
iis detur condic̄o ex moribus, *Wesenbec.* de pāct. n.
10. & ibi *Hahn.* Schrader. in comm. ad leg. un. ff. de con-
diction. ex lege n. 87. Stryck. in us. mod. ff. de pāct. §. 3.
§. 4.

§. IV.

Cæterum insanunt maxime Doctores, & Gail.
vid. ipſe l. 2. obſ. 126. n. 1. dum dicunt, neque statuto
aut consuetudine talia pācta firmari posse, & irratio-
nabilis esset talis consuetudo, *Jason* in leg. 5. ff. d. *Just.*
& *jur.* de reciprocis pāctis leniter sentiunt, sed false.
Consuetudo enim cum chymica arte album in nigrum
convertat, *Knich.* de investitur. pāct. c. 4, sāne tantum
efficere potest, ut, cum haec pācta hæreditaria non
sint contra jus naturæ & votum captandæ mortis di-
recte non subsit, vim fortiaatur in communi vita,
præcipue quia militibus in jure civili leg. 19. C. de pāct.
in aciem meantibus concessum est talia condere, qui
secundum jus naturæ vivunt & magis arma, quam
leges scire intelliguntur l. ult. C. de jure deliber. Certe
si tam stricte ob vitia hominum omnes actiones pro-
hibendæ essent, nullum legatum, hæreditas, fideicom-
sum &c, posset admitti, quia sāpius tale periculum in-

*Errant Docto-
res, qui dicunt,
talem consue-
tuinem esse
irrationabilem*

fidiarum est metuendum, *Musc. d. success. convent.* & anom. Membr. 1. class. 1. concl. 3. iii. C. Imo nulla turpitudo hujus pacti hæreditarii esse potest per se & sua natura, cum adeo exemplum in bibliis relatum legimus de conventionali successione inter Tobiam & sacerdotem ejus c. 8. v. 22. *Zob.*, ut dimidiam partem bonorum filius vivo patre haberet, alteram dimidiam demum post mortem. Si itaque turpe esset tale pactum inire, sane nulla mentio de isto fieret, & reprehensio facile etiam ob turpitudinem fuisse subsecuta. Hinc merito omnes leguleji, quotquot sunt, qui irrationalib[us] pactum hæreditarum arbitrantur, deliriunt, cum a pacto ad consuetudinem firmiter argumentari licet. *I. 31. ff. de adul. edito, Heig. l. 1. quest. 23. n. 12.* nam si consuetudo non est contra jus naturæ & jus divinum, parrem vim cum lege habet. *I. 33. ff. de legat.* alias enim consuetudo qualib[us] iniqua reprobanda, *I. 26. C. de usur. l. 13. §. ult. ff. de injur.* Ideo etiam hodie hæritas ex testamento, ab intestato & ex pacto valide deferri potest, & vocatur pactum hæreditarium ob eam causam anomalum quia contra juris generalis tenorem fuit introductum, *Musc. de success. convent.* & anom. cum olim tantum hæritas ex testamento aut ab intestato, non vero ex pacto obveniret, *I. 5. C. de pact.* & lex ultim. ff. de suis & legitimis.

S. V.

Talia pacta cum Galida sunt moribus, debent fieri de bonis propriis Quamvis itaque certum sit, quod pacta hæreditaria tam successoria, reciproca, quam renunciativa secundum mores & consuetudinem valida sint, atamen talia pacta debent fieri de bonis propriis, Erb und

und eigenthümlichen Gütern/ non vero de feudalibus si-
ne consensu domini directi, 2. F. 39. & bonis colon-
riis Dn. Strube de jure villicorum c. 1. §. 4. cum isti non
possunt alienare, nisi dominus prædii consentiat; nec
de bonis emphyteuticis sine consensu domini leg.
f. C. f. iager wædigal. Et similiter in talibus pactis omnis
metus, dolus abesse debet, nam metus reverentialis
in renunciatione filiæ non vitiat pactum Gail. l. 2. O.
147. Imo liberis præjudicari non debet in legitima, ^{Liberis non de-}
nam quoisque pater testando non potest præjudicare ^{bet præjudicari}
liberis, eo usque nec donando, vel alienando, quia ^{in legitima.}
legitima est debitum naturale, l. 36. de inofficio. te-
stam.

Si igitur quatuor liberi supersunt, vel alii cognati, triens ipsis debetur titulus institutionis, & quidem
sine omni onere; si plures vero, est semis Nov. 18. c. 1.
Et hoc etiam merito referenda portio conjugis statuta-
ria, quæ eodem jure cum legitima censemur, cum
hæc in totum per ultimam voluntatem & pactum hæ-
reditarium auferri vel minui nequit, Schurff. cons. 86.
n. 1. cent. 1. Coler. cons. 21. n. 17. Finckelthaus Obs. 10.4. Mol-
ler ad Const. Saxon. p. 3. const 7. n. 6. Et si fortasse conjux
in fraudem portionis statutariae bona sua leviter æsti-
maverit, potest officium iudicis implorari ad melio-
rem æstimationem faciendam, Tusch. Tom. 4. præcl. con-
clus. §. n. 62. quia hæc debetur conjugi ex statuto tan-
quam amoris lucrum, & licet nulla vel minima bona
ad maritum attulerit, nihiloscius tamen ipsi est ad-
signanda ob eam causam per Coler. p. 1. Dec. 62. n. 3.
Carpz. Iprud. for. P. 3. c. 7. def. 1. Aliter vero est quan-
do

(2) Nec conjugi
in portione statu-
taria.

do liberi & majores & conjux in pactum hæreditarium consentiunt, & dotem jam habent vel alimenta, nam quilibet favori pro se introducto potest renunciare, l. 29. C. de pact.

*Debet portione
statutaria (2)
secundum jus
Lubencis.*

Jure Lubensi si in testamento vel ab intestato ipsi coniugi certum quid sit attributum per legatum vel fideicommissum, una portio virilis in divisione debetur, si vero nihil fuerit ad signatum, dimidiam partem bonorum ab intestato accipit P. 2. art. 8. Jur. Lubencis. Und giebt er alsdenn ferner sein Gut seiner nachgelassenen Wittfrauen und ihren Kindern, woferne er ihr der Frauen nicht dabey ein Vortheil macht von 8. Schilling 4. Pf. vor den Kindern, mit welchen ihr das Gut gegeben ist, so nimmt sie alsdenn das halbe Gut und ihren Trauring. Benennet er aber seiner Wittfrauen zuvor aus ihre Gabe oder Legatum, welche mehr werth ist dann 8. Schilling 4. Pf., so gehört ihr nicht mehr als ein Kindes Theil. *Mev. ad Jus Lub. P. 2. T. 1. art. 8. n. 40.*

*(2) secundum
jus Verdensc.*

Jure Verdensi introductum, si coniux nullum testamentum faciat, tum altera superstes, quando ad secunda vota ire vult, prius cum liberis dividit retinendo unam portionem virilem, Statut. Verd. 20. So wor ein Wedewe wäre, de Kinder hedde, und einen Mann wedder nehmen wolde, die schall nicht beyschläpen, sie hebbe denn thovorn mit ehren Kindern, tho der Kinder Hand bey 60. Punden.

Vestimenta & suppellectilem vero tanquam præcipuum recipit & non confert Stat. Verdensi 22. Die Fraue schall deel nehmen alle des Erves und gudes, dar entbauen alle ihre Kleider, Linnen und Wullen, alsedē hed-

de

de bey ihres Mannes tiden ic. Si autem talis conjux testamentum faciat , tum liberis & conjugi non potest legitimam jure civili debitam denegare, quamvis testator possit liberis plus, quam reguraliter in legitima est, adsignare, non æque uxori, quia in dubio hic dispositio juris civilis ratione legitimæ obtinet & sub voce *deel* hic accipientur ea, quæ ultra legitimam habet testator *Stat. 31.* So welck Mann Erven hefft/ de mach bey sinen funderen Live / oder in sinen Seckbedde weggeven sinen Deel/ die ehme thoboren mag von alle sinen Gude.

S. VI.

Cæterum cum talia pacta contra juris generalis tenorem sunt, & moribus inducta, stricte sunt interpretanda , l. 14. ff. de legib. neque de casu ad casum extendenda , sed maxime introspectiendæ literæ pactitiae, quo ex his dijudicetur , quid & quatenus actum sit inter partes. Cum enim frequentissimæ sunt renunciations filiarum, ut familiæ melius sustineantur, quia filia est finis familiæ, transit ad familiam alterius & constituit, l. 196. ff. de verb. obl. & commodius videatur ita jura constitui , ut plerumque hæreditates ad masculos confluant , §. 3. J. d. legit. agnat. success. itaque si renunciavit hæreditati patris , ipsa renunciatio non est statim extendenda ad hæreditatem avi , licet etiam sit pater jure civili, porro (2) si in testamento pater filiæ reliquit legatum vel fideicommissum, non arcetur a petitione hujus legati vel fideicommissi, & alimentorum, Hartm. Pyl. p. 4. quæst. 6. n. 35. Hahn concl. 84. n. 15. Coler. de alimento, libr. 2. c. 12. n. 5. Mev. P. 3. Dec. 272. n. 5. Hinc (3) etiam, si renunciatio jurata vel facta sit, potest remissione patris iterum tolli , nam nihil

*Scripsi sunt in-
terpretanda
pacta hædi-
taria.*

*De modis dis-
solvendi pacta
renunciativa,
& interpreta-
tione eorum
firmitat.*

nihil tam est naturale eodem genere quicquam dissolvi, quo colligatum est l. 33. f. de Reg. Jur. l. 100. & 153. de R. Jur. Si igitur postea ipsam filiam in testamento hæredem instituat, juratam renunciationem remisisse censetur, cum in patris favorem facta sit renunciatione, & omnis contractus intelligatur rebus sic stantibus, l. 127. §. 6. f. de verb. obl. & juramentum tantum majoris validitatis gratia accedit, ne ab una parte contra fiat, Eadem (4) ratione tollitur renunciatione morte masculorum vel illius, in quorum & cuius gratiam facta est, vel si succedere nolunt, aut non possunt Dauth. in cap. quamvis n. 16. Hartm. Pistor. quest. 6. n. 44. Musc. de success. convent. membr. 2. n. 26. quia facta censetur rebus sic stantibus.

§. VII.

Si itaque filia dote contenta renunciaverit hæreditati paternæ sine juramento, cap. quamvis d. pac*t.*
P. 2. renunciatio possunt querela, lesio-
in 6. & enormissime fit læsa; de læsione enormissima,
si tempore contractus adfuerit, queri potest, licet pro-
batio fit valde difficilis per leg. 2. C. de rescind. vendit.
Mev. ad Jus Lub. P. 2. T. 2. art. 33. n. 55. Zœf. ad f. de
pac*t.* n. 40. & tum pretium aut debet restitui, aut sup-
pleri ab una parte; aliter vero se res habet, si læsioni
in literis renunciaverit: nam licet vel jurato renun-
ciamen*t* hæreditati nulla mentione de læsione facta;
nihilominus arbitror querelam posse institui, quia
contractus non debet operari ultra intentionem par-
tium, l. 19. f. si cert. petat, cum de tali non censem*tu*
partes cogitavisse, Mev. ad Jus Lub. P. 2. T. 2. art. 34.
n. 109. Gall. obs. 147. licet alii ob religionem juramenti
con-

contrarium sentiant, *Musc. de success. convent. membr.*
2, n. 303. In aliis vero pactis, ut successoris & recipro-
cis non potest talis læsio enormissima locum habere,
& itaque cessat simul querela, sed si partes in his con-
sentient, possunt iterum contraria voluntate pacta
successoria tolli.

Vidimus ergo, quod pacta successoria in univer-
sum valida sint, & quatenus §. 5. licita, interpreten-
tur §. 6. cap. 2. Quibus modis rursus tollantur §. 6.
nempe voluntate partium contraria, & remissione,
morte masculorum, vel alias, in cuius favorem fa-
cta, vel læsione enormissima in pactis tantum renun-
ciativis §. 7.; nunc quoque brevibus varias species ho-
diernorum pactorum examinemus, quo etiam ex iis
pateat, quod hodie sine discrimine firma sint pacta
de acquirenda, omittenda, vel reciproca successio-
ne.

§. VIII.

Inter varias vero species pactorum successorio-
rum, quæ merito brevibus considerandæ erunt, emi-
nent præcipue pacta ganerbinatus, confraternitatis
de quibus in §. 9. & unionis prolium, §. 10. quæ
vetustissimo Germaniæ more fuere introducta. Cum
enim jus manuarium oder das Faust-Recht in Germa-
nia vigeret, & multa latrocinia, ac deprædationes in
viis publicis fierent, factum est, ut nobiles quæ-
dam familie inter se convenient, quo mutuo auxi-
lio latronum (qui arcis insedebant) impetus sustine-
rent, & si una familia emortua esset, tum invicem
succederent ex pacto ganerbinatus, *Kyllinger discuss. 3. d.*

F 2

ganer-

*De speciebus
pactorum he-
reditariorum,
qua moribus
invaluerunt.*

*Pactum gane-
binatum.*

ganerbiis castrorum, Georg. Leib. de *ganerbinatibus*, hinc etiam dicta sunt ista pacta ganerbinatus, nam antiqua vox gan, omnis oder ganꝝ erben significabat, quia totam hereditatem post mortem unius familie adipscerentur, heres enim pro domino accipitur, Kyllinger disc. 1. d. *ganerbiis castror.* Et sane haec pacta maxime utilia fuere ad extirpandas latronum arces, quarum vestigia etiam in Thuringia adhuc videnda; imo satis ex historicis & Jure Canonico X. d. *treuga & pace elucet*, quam miserrimus status propter diffidationes fuerit, usque dum etiam Pontifex Treugam Vertrag/ & pacem servare sub pena banni iussit. In his igitur pactis ganerbinatus quandoque confirmatio Cælaris majoris securitatis gratia accedit, que tamen non tantæ necessitatis est, nisi sint arces vel castra immediata, cum sine Cæsarlis consensu talis promissio successionis non valida potest esse Limn. l. 6. Jur. publ. c. 3. n. 42. In castris enim mediatis, Principis oder Canades Fürstl. Obrigkeit consensus necessarius est, cum de hujus præjudicio ratione successionis agitur. Hujus ganerbinatus multa exempla sunt, ut arx Rotenburgenfis haut procul à Noriberga, cuius arcis condomini sunt plus quam septuaginta Nobiles, oder Burg Manner/ quorum unus Burggravius judicis loco est, Knippschild, d. nobilit. immediata l. 3. c. 11. n. 45. Burgmeister vom Reichs-Adel/ p. 421. & Graffen Saall p. 246. Jacobi Speidelii speculum varior: Jur. Pol. Histor. &c. voce Gan. Erben/ Struv, Syntagma. Jur. publ. c. 28. §. 21. p. m. 1387.

§. IX.

Pacta confraternitatis.

Interdum etiam multæ successiones conventionales con-

contra juris tenorem introducuntur in utilitatem familiarum illustrium, e. g. confraternitates principum, quibus successiones stabilunt, si una nempe domus penitus decedat; & haec tanquam leges fundamentales in ipsis familiis observantur, nam si feuda imperii sunt vel majora vel minora, confirmatio Cæsaris & Statuū quandoq; necessaria est, Speidel, *Spec. var. Jur. Hist.*, voce Erbverbrüderung/ non autem vasallorum & civium consensus hodie, *Struv. Syntagm. Jur. publ. c. 27. §. 18.* multo minus in allodialibus *Struv. Syntagm. Jur. publ. c. 27. §. 23.* Hertius de Superioritate territoriali §. 65. Tale pactum confraternitatis inter Saxonicam Electoralem, & Hasiacam domum Anno 1457, renovatum fuit; fiunt vero tales confraternitates de bonis & provinciis universis, vel certis tantum, sed maxime tamen diversum est ab hac confraternitate, oder Erbverbrüderung/ pactum ganerbinatus sive mutuae defensionis, oder Erbvereinigung / *Struv. Syntagm. Jur. publ. c. 27. §. 18. 19. seq.* Satis itaque ex ganerbinatu & confraternitate patet, quod moribus pacta successoria frequentissima sint, & quamvis quis exciperet pactum confraternitatis male applicari posse ad privatos, cum inter principes & privatos ratione iurium sit maximum discrimen, moresque Germanicæ de pactis successoriis adhuc in dubio sint; attamen sciendum, quod jus civile tanquam jus commune imperii habeatur, secundum illud quæstiones illustrium in camera decendantur, si non sint meri juris publici *Struv. Syntagm. Jur. publ. c. 1. §. 23. & in Hist. Jur. c. 10. §. 38.* Stryck, in usu moderno ff. disc. prel. §. 40. 41. Hugo in tr. d. statu region. Rhetius Inst. Jur. publ. l. 1. T. 1. §. 70.

F 3

Cum

Cum igitur in leg. n. & 30. C. de pac*t*. pacta successo-
ria fuere prohibita , secundum illas leges etiam
pronunciandum foret , si ab hoc pacto unus recedere
vellet , nisi mores Germaniae aliud diversum indu-
xissent; hinc cum nulla lex imperii adest , quæ solis
imperii statibus hanc pacisendi licentiam tribuit pri-
vatis exclusis , sentio sane , quod tale pactum inter
privatos etiam celebrari posset , Strych. in us. mod. ff.
d. pac*t*. §. 20.

§. X.

Pacta conju-
gum de succes-
sione.

Quamvis autem hæc pacta ganerbinatus & con-
fraternitatis legibus civilibus incognita sint , attamen
adhus plura dantur , quibus successio anomala contin-
git , & contra juris civilis tenorem succeditur. Cum
enim hodie usitatissima sunt pacta conjugum , quibus
de successione disponunt , & talia secundum mores
& consuetudinem quoad omnia bona dotalia , para-
phernalia , & receptitia valida sunt Gail. l. 2. O. 117. n. 6.
Mynsing. l. 2. O. 33. n. 10. Carpz. p. 2. C. 43. D. 2. n. 6. fit
inde , simul ac quis stipulatur uxorem , ut pacta do-
talia vel ante plerumque vel post contractum matri-
monium interponantur , & si omnia requisita in his
ut consensus , licet non literæ l. 17. C. de pac*t*. adsint,
tum cessat statutorum & juris civilis dispositio &
bona confunduntur nuptiis securis , quia hæc tacita
conditio est , quæ subintelligitur , Gottl. Struv. diff. d.
dominio mariti in rebus uxoris immobil. inestimato in dot.
datis §. 7. & si forsitan quid jam datum extra arrham &
sponsalitiam largitatem , ac sponsa moriatur , tum con-
dictio

dictio ex causa non secuta datur l. 6. pr. ff. de condic.
 causa data &c. l. 1. C. de condition, caus. dat, causa non se-
 cuta. Ex lege 6. quidem C. de pact. convent. patet, quod
 pactum profectitiae dotis de lucranda ea, si uxor in
 matrimonio decedat ab intestato, validum sit pa-
 tre simul consentiente, cum deteriorem suam causam
 ipse facere potest in casum recadentiae, attamen ta-
 lia pacta de omnibus universis bonis, ut paraphernis
 non valuere l. 5. C. de pact. convent. cum tantum in his
 maritus sit administrator muliere consentiente l. 8. C.
 de. pact. convent. non autem prohibente; in dote vero
 sit dominus civilis analogice, quamdui matrimonium
 durat, & omnes effectus dominii & exercitii tantum
 in bonis in aestimato in dotem datis (nam in rebus æ-
 stimato in dotem datis habet plenum dominium, cum
 tantum pretium rerum restituere tenetur.) ha-
 bet, l. 30. C. de jure dotium l. 18. §. 1. ff. sol. matrimoni,
 l. 17. pr. de jur. dot. l. 13. ff. de jure dot. Gottlieb Struve in
 diss. de dominio mar. in reb. ux. immobil. in æst. in dot.
 datis ib. 6. ut rei vindicationes; non autem alienatio-
 nes l. 22. ff. de jur. dot. neque impositiones servitu-
 tis (nam de acquisitionibus servitutum aliter est.)
 ultra vitam, nam resoluto jure dantis, resolvitur
 jus accipientis l. 31. ff. de pignor; imo si nulla communio
 bonorum est. tum uxor jure civili tacitam hypothecam
 in concursu præ omnibus creditoribus habet, l. un.
 C. de rei ux. a& l. 11. C. qui potior. in pign. licet uxor in ma-
 riti tutelam abeat l. 8. C. de pact. conv. & se suasque res
 ipsi comiserit. Cæterum ex ante actis §. 20. 21. c. 1. hujus
 dissertationis elucebit, quod communis Doctorum di-
 stin-

stinctio de pacto in vim contractus & ultimæ voluntatis sit legibus incognita, & itaque hic plane inadmissible, tantum in pactis dotalibus proposcendum, ut duo ad minimum testes leg. 12. ff. de testibns. adhibeantur, quo constet, quid actum fuerit. Et simul non necessarium est, ut tale pactum scriptura conficiatur l. 17. C. de paꝝ. cum scriptura ad substantiam contractus non pertineat, utilis tamen est melioris probationis gratia Carpz. C. 43. D. 8.; similis ratio est insinuationis, quæ non necessaria est, nisi sit mandata à superiore, utilis tamen est, cum nullus testis hoc modo requiratur ob fidem judicii, l. 31. C. de donation. Fiunt autem plerumque talia pacta inter coniuges hodiernis moribus, vel de omnibus bonis vel certa parte in casum mortis, & non existentis proliis, vel de reciproca successione, vel non, & tales conditiones sunt in arbitrio partium, Kohl. de paꝝ. dotal. Hahn, ad Wesenb. d. paꝝ. concl. 72. n. 23. modo conjuges & parentes ac specialiter mandati ab utraque parte consentiunt Kohl. de paꝝ. p. 2. n. 11. hinc parentum præsentia supplet curatoris consensum in Saxonia, Carpz. p. 2. C. 15. D. 18. Interdum sæpius fit, ut mutua partium voluntate recedatur ab hoc pacto, non autem unius l. 100. & leg. 155. ff. de Reg. Jur. item cessante conditione, quæ in pactis placuit, tollatur e.g. si nulli liberi nascantur, tum cognati unius partis in bona conjugis succedant. (3) Malitiosa desertione, nam ex malitia sua nemo deber lucrum sentire, l. 33 ff. de R. V. & l. 12. §. 1. ff. de furt. (4) divortio, si una pars author divortii fuerit, Carpz. p. 2. C. 43. D. 17. Separatio autem quoad thorum & measam non est legitima causa dis-
 solu-

solutionis paetorum, sed invicem succedunt; *Carpz.*
p. 2. C. 43. D. 15. cum per separationem vinculum ma-
 trimonii non tollatur, *Carpz. p. 2. C. 43. D. 110.* & talis
 tantum sit modus civilis, ne noceant sibi conjuges.

§. XI.

Notabile quoque paetum, quo testandi licentia
 aufertur, est unio prolium inter Germanos usitatis-
 ma, ein Kindschafft/ qua liberi diversi matrimonii ra-
 tione successionis inter se invicem exaquantur, &
 tam quoad patrem, quam matrem pariter censemur,
 hinc etiam communiter vocantur, zusammen gebrachte
 Kinder. Cum igitur talis unio loco adoptionis sit, & in
 multis cum hac conveniat, *Gail. l. 2. O. 125. n. 6. Rick.*
d. unione prol. stricte etiam sit interpretanda: aliquot
 ideo requisita ad eam introducendam requiruntur,
 Primo enim consensus parentum necessarius est,
 & cum jure Saxonico foemina curatore opus ha-
 bet ad contractus perficiendos, *Andreas Rauchbar p. 1.*
q. 32. n. 43. Carpz. Iprud. for. p. 2. Conſt. 15. Def. 1. n. 6.,
 etiam hic indiget (2) non solum curatorum, (si in
 ætate impuberi constituti sunt liberi) sed magistratus
 simul consensus, §. 1. de adopt. l. 2. C. de adopt. an liberis
 expediat, nam adoptio est actus legitimus, qui non
 recipit diem nec conditionem l. 25. fl. de adoptio., ad
 cuius similitudinem talis unio moribus procedit, ita-
 que ista non praesumitur sed debet legitimate probari per
 decretum magistratus (3) cognitorum etiam ratihabi-
 tio, quia his ratione successionis praejudicium con-
 tingit, *Musc. de success. anomal. c. 3. n. 93.* (4) si liberis

*Unio prolium
est inſtar ado-
ptionis.*

G

talis

*Unio prolium
regulariter non
praesumitur ob
alium legiti-
mum.*

talis unio salubris est, decretum magistratus interpo-
 ni debet Rick de un. prol. c. 6. n. 64. Stryck. in us. mod.
 ff. de adopt. §. 10. hinc nullum inventarium, si gene-
 raliter de bonis omnibus facta sit, necessarium est,
 sed tantum quædam designatione facienda, quo judici
 constet de utilitate unionis Rick. de un. prol. c. 6. n. 40.
 Effectus autem potissimum unionis in eo consistit, ut
 liberi æqualiter inter se succedant, & si nihil de suc-
 cessione & de bonis dispositum, stricte talis successio
 ad liberos tantum, non parentes est applicanda, quia
 nullus actus præsumitur plane inanis l. 12. ff. d. reb. dub.
 & in dubio quilibet præsumitur elegisse viam, per quam
 dispositio sua quodam modosit utilis, ut habeat effectum,
 non autem ut plane impugnari possit, & reddi ad ni-
 hilum l. 3. ff. de testam. imo quando in pacto nulla men-
 tio de bonis facta, præsumitur æqualem successionem
 voluisse partes §. 6. J. d. hered. inst., nisi testamentum
 faciant parentes, & bona propter unionem commu-
 nia tradant juxta inventarium arg. §. 2. de adopt. Stryck.
 in us. mod ff. de adopt. §. 13. quia nemo facile præsumi-
 tur sibi testamenti faciendi jus adimere voluisse per
 l. 1. C. d. SS. Eccles. 15. C. de paß. Hinc etiam vitricus
 non consequitur patriam potestatem ad similitudinem
 adoptionis minus plenæ §. 2. d. adopt. Si itaque quoad
 omnia præsentia & futura bona indistincte talis unio
 prolium rite interposita, omnis testamenti factio pla-
 ne prohibita est, quia jus quæsitum ex contractu ne-
 mini est auferendum l. 45. §. 1. & l. 46. ff. de legat. II.
 Rick. de un. prol. c. 10. n. 11. & talis tum reciproca suc-
 cessio tantum quoad liberos & parentes primi gradus
 obti-

obtinet; non ultra, *Rick. d. un. prol. c. 7. n. 25.* inde etiam, quando unus ex liberis decedat, jus repræsentationis inter eos obtinet, *Hahn concl. 73. n. 11.* Id tamen maxime notandum est, quod talis unio tantum complectatur bona, quæ a parentibus veniunt, quæve specialiter in unionem fuere deduceta, nisi aliud fuerit conventum; hinc etiam, quæ ex hæreditate agnitorum & cognatorum postea obveniunt, regulariter non conferuntur, imo nec fideicomissa familiæ hodierna huc referenda sunt, cum ista sanguini fuere tributa *Knipschild. d. fideicomiss. c. 8. n. 436.* & talis unio nec cognationem nec affinitatem inter liberos contrahit *Rick d. un. prol. c. 9. n. 20.* hinc non impediri potest matrimonium inter ipsos. Nam consuetudines & pacta stricte interpretari debent. Imo quamvis jure Romano *I. 35. ff. de adoption.* & *I. 6. ff. de Senator.* fuit cautum, ut adoptio augeat dignitatem, & senatoris filius is sit, quia senatore adoptetur, attamen sentio, quod hoc argumentum civile sit inconveniens in nobilitate, cum talis dignitas sanguini prorsus est tributa vi concessionis imperatoriaæ *Stryk. in us. mod. ff. de adopt. §. 8. Dn. Struv. Syntagm. Jur. civilis d. adopt. th. 6.* inde per talem unionem nobiles non fiunt liberi, si a nobile in unionem assumpti, cum in tantum adiplicari hodie non possit argumentum ex jure civili de adoptione ad unionem prolium. Quando ergo omnia talia requisita unionis adsunt, tum est valida, & non potest ab uno revocari, nisi reliqui omnes & magistratus in ætate minorenni consentiant, *Rick d. un. prol. c. ult. n. 15.* nam nihil est tam naturale,

quam eo genere quicquam dissolvi, quo colligatum est, l. 33. f. de Reg. Jur. Cognitione tamen magistratus etiam fieri potest, ut, si liberi insigniter ingratiti sint, possint a successione æquali repellri ex causis Nov. 15. c. 3. ne alias detrimentum ex ista unione sentirent parentes Rick de union. prol. c. 10. Muscul. de successione convent. claff. 1. membr. 3. n. 135. Merv. ad Lub. p. 2. tit. 1. n. 114. Imo ex læsione non potest rescindi talis unio, si decretum & cognitio magistratus accellerit, quæ beneficium l. 2. C. de rescind. vend. & restitutionem probabilius excludit; et si etiam læsio adesset, tum ista ex accidenti eveniret, quia forsitan multi liberi postea natii, Musc. de success. convent. membr. 3. n. 141. ad 158. l. 1. C. de prediis Decur. sine decr. non alienand.

*Jure Verdensi
unio presumitur.*

Valde singulare est jure Verdensi, ut cum talis unio regulariter propter actum legitimum non presumatur, tamen istam tacite intervenisse ibi credatur, si vir vel uxore ex priore foemina vel marito liberos habet, & rursus uxore dicit aut nubit, quod nempe liberi 1. & 2. matrimonii, & amplius inter se sint uniti, Stat. 25. Verd. ita cautū. Nimpt oec ein Mann na seines Wiffs Dode einander Wiss und winnet se Kinder von ehme/ stervet die Mann/ die Frau we mit ehren Kindern/die sie von ehme hefft/ und mit ehres Mans nes ersten Kindern / die überaden feint / die schollen liecken Deel an Erve und an Gude/ dar sey dann ein ander Unterscheit gemaectet / dat man bewiesen konne mit breven oder mit Glaubwürdigen Leuten. Anno 1697. d. 10. Maij cum lis ea de causa fuerit orta inter NN. &c. præjudicium tale est sequutum. In Sachen ic. Kl. entgegen und wieder Beklagten ic. in pō familiæ erciscundæ,

daꝝ, & edendi inventarii erkennen ic. denen ergangen
nen Acten nach vor Recht. Daß zuvorderst das Manda-
tum unterm i. Martii a. c. zu purificiren / und solcher ge-
stalt zu confirmiren; denn folglich Beklagte schuldig seyn
nicht nur in der darin präfigirten Frist ihren Erbieten nach
inventarium quæst. Kl. bona fide copylich zu commu-
niciren / besondern auch hiernächst mit Kl. eine gleichförm-
liche Theilung wegen quæst. seines feel. Schwieger-Va-
ters Nachlaſſ entweder unter sich selbst in Güte / oder durch
eine von uns zu erbittende arbitros oder commissarios vor-
zunehmen und zu bewerkstelligen. Es wäre denn / daß sie
nachdem delatio juramenti nicht statt hat/ sonst innerhalb
6. Wochen à dato, so hiemit pro omni angesehet/ gehörig
erweisen könnten / daß Kl. Frau bey ihrer Aussteur von ih-
ren feel. Vater gänzlich abgeleget und abgefunden ic.

S. XII.

Jam itaque varias species paetorum de acquiren-
da successione consideravimus, nunc quoque sepa-
ratio liberorum reliqua erit, quæ loco renunciationis
hæreditariaæ est. Separatio autem est actus inter vi-
vos, quo liberis certa bonorum portio adsignatur, ut
a successione penitus excludantur & in ea nihil juris
amplius habeant. Si igitur talis segregatio legitime
per scripturam facta, vel per testes probari possit
l. 17. C. de paet. tum extraneorum, emancipatorum, &
quasi exhæredatorum loco habentur liberi §. 3. d. ex-
hæred. liberis, Mev. ad Jus Lub. P. 2. Tit. 1. art. 8. n. 13.
Et 14. ita ut non ab intestato, si liberi secundi matri-
monii adsunt, succedant, nec sint necessario instituen-
di in testamento, sed possint libere præterii, Mevius

*Separatio libe-
rorum.*

G 3

ad

ad Jus Lub. P. 2. T. 1. art. 8. n. 22. & 23. hinc etiam in Stat. Verd. 32. vocantur affgedeledē Kinder / & jure Lub. P. 2. art. 8. abgesonderte Kinder / & parentes bona possunt relinquere, cui volunt. Quid vero & quantum a parentibus tales liberi accipiāt, non est decisum in statutis; prius ex voluntate partium dependet, posterius (quantum nempe) ex jure civili argomento de legitima sumi debet, Nov. 18. c. 1. Si ergo in legitima tempore segregationis non fuerint læsi, non possunt deinde conqueri de læsione Modest. Pistor. conf. 2. n. 23. vol. 2. Wesenb. in auth. novissima n. 32. C. de inoff. testam. Mev. ad Jus Lubec. P. 2. T. 1. art. 8. n. 18. cum in ista læsione dignoscenda spectetur tempus, quo separatio facta. Computantur autem in hanc legitimā tantū bona paterna uxore mortua, nam materna plene tum de jure debentur, quia licet communio inter parentes sit, tamen ista durat regulariter ad vitā l. 52. ff. prosoc. & quamdiu pater vivit, habet tantum usumfructum, tanquam in peculio adventitio l. 6. C. de bonis que liber. quia continua censetur societas ob hæredem præmorientis l. 6. ff. prosocio Mev. ad Jus Lubec. p. 2. T. 2. art. 7. n. 9. hinc vidua etiam jure ususfructus communia bona detinet Cothmann conf. 96. n. 28. neque tamen potest unus ex parentibus de bonis præmorientis quicquam alienare Mev. Jur. Lub. p. 2. T. 2. art. 7. n. 14. si tamen ista rursus nubit, tum dividere tenetur cum liberis Mev. Jur. Lubec. P. 2. T. 2. art. 7. n. 83. quod secus cum parente ob patriam potestatem, licet ipsi alimenta dare tenetur, quia patris amor constantior præsumitur præ matris amore. Procedit vero talis separatio

ratio maxime ob eam causam, quando parentes
 rursus ad secundum thalamum descendunt, ut libe-
 ri postea procreati omnes facultates reliquis exclusis
 retineant *Mev. ad Jus Lubec. P. 2. T. 1. art. 8. n. 23.*
 Quamvis etiam talis separatio pro lubitu fieri possit,
 nullo matrimonio rursus contracto a parentibus, *Stat.*
Verdense 32. Si itaque nulli liberi ex secundo matrimo-
 nio extant, propter quos separatio alias facta, tum ab
 intestato tales segregati merito succedunt, nam cessan-
 te causa, cessat effectus, *l. i. f. ff. d. donation.* Maxi-
 mum vero dubium in eo consistit, quando pater testa-
 mentum nihilo minus fecerit, an liberis separatis non
 concedenda querela inofficiosi testamenti; ego a
 contrario sentio, cum talis recunciatio facta sit, ut li-
 beri secundi matrimonii tantum succedant; non ex-
 tantibus igitur liberis successio rursus locum habet, cum
 intentio partium praesumta talis fuerit, *Mev. Jur. Lub.*
p. 2. T. 1. art. 8. n. 30. &c. omnis enim contractus in-
 telligitur rebus sicut in aliis & limitata causa limita-
 tum producit effectum *l. 16. f. de acquirendo rer. Dom.*
& l. 63. f. de contrah. emptione. Et licet liberi secundi
 matrimonii adsunt, attamen potest pater vel mater
 segregatis legatum vel fideicommissum relinquere in
 testamento vel ab intestato *Mev. P. 2. Tit. 1. art. 8. n.*
29. imo etiam haeredes possunt institui rursus, nam o-
 mnia, quae jure contrahuntur, contrario jure pereunt,
l. 100. & 153. f. de Reg. Jur. quilibet est rerum suarum
moderator & arbiter l. 21. C. mand. In eo adhuc du-
 bium superest, an tales instituti debeant conferre ac-

P. 2.

cepta cum liberis secundi matrimonii, *Mev. Jur. Lub.*
P. 2. T. 1. art. 8. per authentic. ex testamento C. de collation.
 putat, quod conferenda sint bona, quia menti dispo-
 nentis sit aptum, præcipue cum in *auth. ex testamen-*
to C. de collation. cautum sit, Ex testamento & ab inte-
stato cessat dotis & aliorum datorum collatio, ita demum,
si parens hoc designavit expressum. Sed cum tale argu-
 mentum dotis & aliorum datorum plane absimile sit
 à separatione, & dos tantum datur eum in finem, ut o-
 nera matrimonii sustineantur, §. 12. d. *nuptiis & l. 3. ff.*
de jure dotium & postea hæres simul, si aliud non fue-
rit ordinatum, fiat; data autem in isto textu civiliter
intelligantur: Itaque ego sentio, cum post separationem
talem nihil juris liberis in bonis parentum supersit, ut
nec hæredes ab intestato, si liberi secundi matrimo-
nii extant, fiant, nullam collationem obtinere, cum
separatio titulo singulari facta, & quod meum semel
est, amplius meum fieri non potest, S. 10. de legatis
nam actus qui semel evanuit, amplius reviviscere
non potest l. 4. ff. quando dies leg. vel fideic. cedat. Imo
quamvis testator jussit collationem debere fieri, tale
mandatum habetur pro non adjecto per §. 10. J. d. leg.
cum quilibet videtur se conformare cum jure l. 34. ff.
locat, nisi conditionem adposuerit, ne alias hæres es-
sset segregatus; conditio enim formam, non legem in-
ducit, qua omessa dispositio non sortitur effectum l.
44. & 55. ff. de condit. & demonstrat. Si autem talis se-
paratio respectu liberorum ex secundo matrimonio
non facta sit; possunt separati liberi præteriri, &
cessat

cessat omnis querela inofficiosi testamenti , cum parentes per testamentum &c. bona sua possint relinquere , cui volunt,
Stat. Verdense 32. nam semper in stipulationibus & ceteris con-
tractibus id sequimur , quod actum , l. 34. ff. de Reg. Jur. & l.
3. ff. de reb. dub. licet tales separati ex æquitate & consuetudine
hæreditis sint ab intestato , & quamvis consuetudo loci non
sit notoria , æquitas tamen est , licet jure destituamur , cum
nullus amor vincit paternum , l. ult. C. de curatore furios. l. 8.
ff. quod meius caus. & ardor ejus inæstimabilis *Roland. a Valle*
vol. 4. Conf. 24. n. 17. & separationem in parentum favore ea
factam remissive censentur . Quamvis itaque quis regulam
juris civilis hic applicari vellet , quod cui non competit que-
rela inofficiosi testamenti , illi etiam non competit directo
succesio ab intestato , & qui potior est in successione , potior
est in querela l. 6. §. 1. ff. d. inoffic. testam. arg. Nov. 118. c. 2. at-
tamen ex Statuto *Verd.* 32. aliud elucet , & tale argumen-
tum non semper applicabile ad statuta , cum etiam in iure ci-
vili parentes cum fratribus germanis admittantur Nov. 118. c.
2. & nihilosecui fratres ad querelam inofficiosi non pertineant
arg. 1. ff. de inoffic. test. quamvis victoria illis etiam profit *Stryck.*
in not. ad Lauterbach. p. m. 155. voce fratres germani.

§. XII.

Ad familiam & bona conservanda interdum etiam cer-
tae dispositiones inter vivos fieri solent , ut liberi quatuor vel
plures , si adsunt , vel pauciores , qui bona paterna non
consequuntur , oder die vom Hause geben , certam pecunia vel
pecoris quantitatem accipient , quod vulgo vocatur *Abfindung.*
Hæc pacta familiae majoris securitatis causa confirmantur sæ-
pius a principe , & talis portio liberis debita loco legitimæ
solum est ; inde etiam cum moribus hæc pacta familia valent ,
non potest præjudicari liberis in legitima , sed si princeps ista
non confirmet , secundum dispositionem Nov. 18. c. 1. legit-
ima illis debetur , licet in pactis minus fuerit adsignatum , a-
liud vero est , si princeps confirmet , nam tum etiam tolli pe-
nitus nequit , quia est loco alimentorum . Minui tamen pot-
est , *Mev. Jur. Lub.* p. 2. T. 1. art. 8. n. 8. Solet etiam plerum-
que

De dispositione
familie qua
certa pars tri-
butur liberis
oder von der
Abfindung.

que in tali pacto adponi, ne filiz separatum possint petere die
 Aussteuer, ceteroquin stricte est interpretandum tale pactum;
 & in dubio non est sub ista certa quantitate comprehensum
Dos' separata est von der Aussteuer.
 die Aussteuer oder Kisten-Pfand, cum vox Aussteuer de dote
 tantum accipi non potest, nisi valde improprie, & admodum
 stricte, Dr. Ernest. Cothman. lib. 1. respons. 3. n. 62. & 64.
 vid. Befoldi Thesaur. pract. adiunct. l. A. voce Aussteuer/ & Webner
 Imo si formula eius vor alles in tali pacto extat, non arcentur
 filiz von der Aussteuer, cum in dubio interpretatur, ne ma-
 jus accipient, si semel istam portionem accepere, nam in
 dubio pro dotibus est respondendum, l. 85. d. Reg. Jur. & ad-
 eo favorabilis est causa dotis, ut si pactum, quo dos est con-
 fituta, sit ambiguum, semper in eam partem inclinat de-
 cisio, qua dotes magis adjuventur, l. 69. §. 4. ff. de jure dotium.
 Exemplar talis assignationis certa quantitatis sequens subjun-
 gam. Wir von Gottes Gnaden / Georg Wilhelm / Her-
 hog zu Braunschweig und Lüneburg ic. Uhrkunden und
 bekennen hiemit / nachdem uns N. N. unterthänigst vor-
 gestelllet / was massen eine geraume Zeither von den N. A-
 delichen freyen Hoffs bey N. belegen / die Kinder mit den
 Eltern / auch die Brüder und Geschwister nicht allein umb
 den Hoff / sondern auch der Kindl. Ablage halber schwere
 Proceszen geführet / daß daher Supplicante auf das äu-
 serste ruiniret / über dem auch von seinen Brüdern und Ge-
 schwistern solcher Streit-Sachen groß Unglück befürchten
 müssen/ und hinkünftig zu besorgen hatte / daß seine Nach-
 kommen in gleiche Zwistigkeit versallen könnten / und also
 unterthänigst gebeten/ wir gnädigst geruhen möchten / nicht
 allein den sub dato 1698. den 6. April. bey unser Canzeley
 gemachten Vergleich zu confirmiren/ und auf ein gewisses
 quantum was den Kindern nächst diesen aus dem Hoffs
 heraus gegeben werden sollte / zu extendiren; So haben
 wir uns nicht allein solcher Bewändniß halber in unser Can-
 zely

heley erkundiget / sondern auch über das aus den bey unsrer Landschaft eingelauffenen Bericht ersehen/ was massen aus den immatriculirten N. Hoff zu N. wann 2. oder 3. Kinder vorhanden / den Söhnen nicht über 150. Rthlr. den Töchtern aber nicht über 200. Rthlr. eins vor alles heraus gegeben werden könne/ und zwar damit der Hoff nicht ruiniret/ und zu Absführung der Kitter-Steuer inutil gemacht werde / in leidlichen Terminen. Als haben wir seinen Suchen in Gnaden statt gethan/ thun es auch hiemit noch mahlen obgemeldten N. und seinen Nachkommen / Kindern und Erben des Hesses zum Besten x. Celle den 17. Nov.
Anno 1699.

CAP. III. De Juramento contractui inserendo.

S. I.

Quo vero non ulterius progdior, & longius in hac materia sim, quam decet, brevibus adhuc materiam de juramentis, quæ hodie ad contractus perficiendos varie adhibetur, pertractem. Notum enim est, quod jure civili juramentum tanquam accessorium rei habeatur, & si res non sit jure civili licita vel legibus alias prohibita, tum etiam nullum juramentum potest formare actum, qui vetitus. Cum vero Jus Canonicum maiorem religionem & sanctitatem juramento tribuat, & tanquam principale negotii habeatur c. 18. X. Et consideratur de jurejuri. & hoc in terris protestantium eatenus valeat, maxima bodie tanquam quoque utilitate in praxi ad contractus civiliter invalidos perficiendos adhibetur e. gr. super alienatione rerum dotalium c. 28. de jurejur. Hinc etiam cum multi contrarias sancientias fovent de pactis hereditariis, & eorum consuetudine,

*Juramentum
ad contractus
perficiendos va-
rie adhibetur.*

Pactum here-
ditarium jura-
mento potest
firmari.

dine , utile foret ad omnem item evitandam juramentum tantum adponere huic contractui, per c. 2. d. patl. in 60 non auctem asseverationes politicas bey wahren Ehren, quia quoad effectum perjurii & infamiae non comparantur juramento , Mev. P. 1. D. 146. quamvis inter Principes talis asseveratio merito valere debeat ex consuetudine Gail. l. 2. O. 59. n. 2. & tantum operetur quantum verum & corporale juramentum,

§. II.

Omnis dolus Id autem bene notandum erit, quod nihilominus omnis metus & vis (1) dolus abesse debeat, nam dolus excludit consensum. c. 28. tamen abesse X. de jurejur. (2) metus & vis major, quæ in constantem virum cadere potest, nam juramentum deliberato debet praestari, & qui nescit, quod jurat, etiam non potest consentire, nam juramentum non debet esse vinculum iniquitatis c. 26. X. de jurejur. sed tres comites habet veritatem, judicium & justitiam in forma solemnii c. 26. X. de jurejur.

§. III.

Singulare valde est , & politicum, quod juramentum laicorum contractibus jure invalidis adpositum servandum sit, c. 28. X. de jurejur. Roland. a Valle Conf. 59. n. 25. Vol. 1. Si autem tale juramentum contra utilitatem ecclesiæ vel cleri sit, non valet ex ratione , quia non juramenta, sed perjuria potius dicenda sunt , quæ contra utilitatem ecclesiasticam adtentantur ; num autem hodierno tempore talis ratio inter protestantes admittatur , negandum sane est, cum Laicorum & clericorum differentia non amplius ita toleretur ut quondam inter Pontificios.

F I N I S.

Corrigenda:

Sryck p. Stryck p. 4. lin. 1. pro successoris p. 4. lin. 17. successoris pro provate p. 5. lin. 26. private. pro possessores p. 6. l. 14. possessiones. profueret p. 7. l. 16. fuerint. pro debeant p. 8. l. 23. debeat. pro leg. 21. p. 15. l. 14. l. 11. pro testatio p. 20. l. 8. testatio. pro oblata p. 24. l. 2. ablata. pro prestando p. 20. lin. 40. prestanda.

ULB Halle

3

001 585 339



S6





4744

1722, 12

70
435

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
**PACTIS HÆRE-
DITARIIS ET SUC-
CESSORIIS,**

QVAM
MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE,
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,
DOMINO
JO. JOACHIMO HAHN,
EPISCOPO METELLOPOLITANO,
Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hassiam &
Eichsfeldiam in Pontificalibus Vicario Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalis Curia
Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Vtriusque Doctore, Protonotario Apostolico,
Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiatarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem
Moguntiae respective Scholaftico, Canonico Capitulari, & reliq.

*CONSENSU AMPLISSIMI FCTORUM
ORDINIS*

PRO LICENTIA,
SUMMOS IN UTROQVE JURE HONORES
RITE CONSEQUENDI,

AD DIEM XXV. SEPTEMBRIS MDCCXXII.
SOLENNI DISQVISITIONI OFFERT
JOANN POLLITZ,
Advocatus Verdensis.

ERFORDIAE,
TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.